



DELICIAE


ERVDITORVM.



DELICIAE ERVDITORVM SEV VETERVM ΑΝΕΚΔΟΤΩΝ OPVSCVLORVM COLLECTANEA

IO. LAMIVS

Collegit, illuſtravit, edidit.





FLORENTIAE. MDCCXL.
Ex Typographio PETR. CAIET. VIVIANII.
Ad Inſigne D. THOMAE AQVINATIS.

Cum adprobatione.

HISTORIAE SICVLAE

LAVR. BONINCONTRI

PARS TERTIA.



NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO

PAVLO VICTORIO

PATRICIO FLORENTINO

EQVITI ORDINIS D. STEPHANI

DOMINO SVO

IN PRIMIS OBSERVANDO

I O. L A M I V S

DEDICO CONSECROQVE.



U quidem dignus eras, VIR NOBILISSIME, qui in Patronorum meorum serie longe clarissima, quorum nomini-

bus titulisque meae *Deliciae Eruditorum* iure superbiunt, modo collocareris: quando humanitate Tua in primis, & facilitate singulari, non amorem tantum, & venerationem meam, promeritus es; sed omnium, qui TE norunt, admirationem, & benevolentiam virtutibus eximiis TIBI conciliasti. Accedit insuper Tua eruditio, &, quo litteras & bonas artes prosequeris, amor, tunc maxime spectatus, ubi celebri Apathistarum coetui Praeses meritissimus dudum multa cum laude praefuisti, omnibus collegis imperium regimenque Tuum vehementer adprobantibus. Sed domestica TIBI est doctrinae ac disciplinarum gloria, utpote qui inter gentiles tuos, & PETRUM

illum

illum enumeras, qui litteris adeo atque eruditione praecelluit, ut non familiae Tuae tantum titulus ingens accedat, ſed & Florentiae ſuae, imo Italiae univerſae, decus & ornamentum merito cenſeatur. Et hoc quoque nomine meae *Deliciae Eruditorum* Tibi placiturae probabiliter ſint, quum VICTORIVS ille in eruendis publicandiſque antiquorum Scriptorum monumentis ineditis ſedulus fuerit, & memorabile exemplum, quod deinde alii, & ipſe etiam imitarer, publico bono & utilitati reliquerit. Quid de gentili quoque illo Tuo nunc dicam, qui Equeſtri dignitate & ipſe clarus, & Vrbem aeternam, ſede heinc translata, incolens, non Muſeum

tantum inclitum, & antiquis cimeliis locupletissimum possidet; verum etiam commentariis exaratis, & in vulgus proditis, doctrinae opinionem laudabiliter colligit, & novum avitae nobilitati splendorem adiungit? Sine igitur ut hic meus Libellus, in quo multum Etruscae ac Florentinae historiae continetur, ad TE Tuamque tutelam, & patrocinium confugiat; illumque ab invidorum, & impurissimi nebulonis ac agirtae indoctissimi praecipue, maledictis & adgressionibus Tui Nominis auctoritate defende; digna enim est patria historia, quae TE multipliciter ad litteras fovendas & ampliandas proclivem, Protectorem eximium, & quidem diu sospitem,

feli-

felicemque consequatur; quod ut fiat Deum Opt. Max. enixe atque incessanter rogo. Et quidem, praeter libros VI. & VII. Historiae Siculae *Laurentii Bonincontrii*, in qua tamen res quoque Etruscorum gestae, & praeclara facinora, idemtidem memorantur, habes in hoc Volumine breve, quidem, sed singulare Diarium *Ioannis Lelmi*, Miniatensium, aliorumque Tusciae populorum res litteris consignantis; habes *Henrici* VII. Imperatoris Sententiam, qua multum Florentina historia illustratur; habes denique *Ioannis* XXII. Pont. Max. Epistolam, ex qua facile est immensas olim populi Florentini divitias intelligere; res profecto omnes quae TE lectorem commereant, &

quam

quam maxime delectent, & benignum ſibi Patronum atque benevolum comparent. Vale. Dabam Florentiae. Kal. Maiis Anno R. S. MDCCXL.



CAN-



CANDIDO LECTORI

IO. LAMIVS S. D.





Iculam Laur. Bonincontrii *Hiſtoriam proferre adhuc pergimus; & eius beneficio, varia occaſione adrepta, membranas quaſdam veteres, & alia monumenta, de more producimus. Hoc igitur Volumine habentur Liber VI. & VII. eiusdem hiſtoriae, qui temporis ſpatium a Manfredi* Regis *morte uſque ad imperii Caroli IV. initia comprehendunt.* Pag. 82. *quum Hiſtoria* Bonincontrii *iam ad annum MCCCII. deducta eſſet, adriſit eo loci inſerere* Diarium *cuiusdam* Ioannis Lelmi *a Comugnoro, quod*

ab

ab hoc anno ad annum usque MCCCXVIII. porrigitur. Iam cur id fecerim, tempestive ibidem causam adtuli; & alia quaedam de Codice MS. huius Diarii pag 145. *adnotavi. Nunc maturius nonnulla de ipso Auctore, eiusque Ephemeride, disserenda. Quis* Ioannes *hic fuerit ipse initio sui operis scribit:* Le infrascritte cose furono notate per me Giovanni di Lelmo da Comugnoli, Notaio, e uomo della Terra di San Miniato al Tedesco, da me parte vedute, parte udite, e fedelmente scritte. Pag. 89. *tradit anno MCCCIX die* 21. *Iulii a Philippo Mangiadorio creato equite, sibi & Lazaro Martini, vitulum, & modia XV. hordei, donata fuisse:* Ed a me Ser Giovanni, e Ser Lazzero di Martino, ci donò un Vitello, e staia quindici d'Orzo. Pag. 93. *ita scribit:* A dì 28. Marzo MCCCXII. Io Scrittore di questo andai a Pisa per vedere il Serenissimo Imperadore Enrico, il quale veddi nel Duomo, mentre cantava la Messa un Cardinale Legato del Papa, ec. Pag. 98. *habet*: I Pisani a dì 10. Ottobre dettero il guasto ad un Castello detto Montalto, distretto di Samminiato, tagliando frutti, viti, ed ulivi, e specialmente l'uliveto mio da Montemagno. Pag. 111. *scribit quod anno MCCCXIV. die* 18. *Novembris* Messer Ranieri Capitano della guerra a certi al-

alberi presso al Ponte ad Elsa li fece tutti appiccare per la gola, infra i quali fu il Prete di casa mia. *Haec ex brevi illa historia ad* Ioannem Lelmi *auctorem pertinentia excerpere licuit; qui, ut videtur, anno MCCCXVIII. naturae concessit, quum ulterius suum Diarium non extenderit; quamquam & aliis de causis id evenire potuit. Desinit igitur hoc Diarium* pag. 136. *quae autem sequuntur, a recentiori manu addita & adsuta deprehenduntur; ut* Pagina *etiam* 144 *opportune innui. Nunc observandum Codicem MS. quo usus sum ex liberalitate humanissimi Viri* Petri Pauli Rossiae *Patricii Miniatensis, ut in* Praefatione Primae Partis Historiae Siculae Laur. Bonincontrii pag. xx. *indicavi, manu admodum recenti scriptum fuisse, nec satis emendate; quare nonnulla adnotanda heic veniunt ex antiquiori, & castigatiori Codice, quem deinde nactus sum, commodante* Nic. Rossia, *Patricio pariter & Canonico Miniatensi, & Equite D. Stephani, ut iam* Pag. 145. *enuntiavi; & quem quidem Codicem medio circiter Seculo XVI. exaratum fuisse constat ex eo, quod illum transscripsit* Sebastianus Viviani, *quem anno MDXXXIX. vixisse patet ex iis, quae* Pag. 149. *litteris mandavimus. Itaque in hoc posteriori Codice pro* Giovanni di Lelmo, *habetur* Giovanni di Lemmo; *quod tamen eodem recidere arbitror,*

quum

quum tam Lelmo; *quam* Lemmo, *nomen* Guglielmo *mutilum esse videatur. Item non* Comugnoli, *sed* Comugnori *scribitur*; *quod tamen*, *&* *in priori Codice interdum fit*; l, *&* r, *saepe apud Tuscanos in se invicem transeuntibus*. Pag. 83. lin. 6. *nota anni* 1303. *initium versus insequentis constituere debet*, *nec ad Caroli Regis in Etruriam adventum refertur*; *quare praecedens versus desinere debet in iis verbis*: a dì 28. di Agosto. Pag. 84. lin. 19. *in posteriori Codice non habetur illa correctio*: Papa Bonifazio, anzi Benedetto; *sed tantum*, Papa Benedetto. Pag. 85. lin. 4. Prete in Santo Iacopo. *Lin.* 8. A dì XVIII. di Aprile. Pag. 86. lin. 13. Nastoccio de' Saracini. Pag. 87. lin. 7. Santa Conda. *Hodie tamen vulgo* Santa Gonda *adpellatur* C *in* G *converso*, *ut moris est apud Tuscos*, *qui etiam* Gaio, & Gostantino, *efferunt*. Pag. 87. lin. 17. lire xx. di dinari impopolini Pag. 88. lin. 1. Torreboni. lin. 17. Messer Betto de Tagliameli. lin. 29. in lire 1500. Pag. 91. lin. 4. Madonna Tessa. lin. 15. Messer Manente. Pag. 93. lin. 17. il Conte di Forese. lin. 19. il Vescovo di Remso. Pag. 95. lin. 11. Conte di Sabalec. lin. 13. Conte di Biserno. Pag. 98. l. 9. Bottaccio dei Cini. lin. 18. Bottaccio. Pag. 99. lin. 19. 21. Messer Teggia. lin. 26. Peccioli. Pag. 100. lin.

4. Stra-

4. Stramaccio. Pag. 101. lin. 7. Rosello. Pag. 102. lin. 3. Gucciarto. lin. 5. Il gran Malifcalco. lin. 14. Morioro. Lin. 25. Bindo di Papi delli Adimari. Pag. 104. lin. 26. Navardo di Catano. lin. 27. Puccetto da Montetoperi. Pag. 105. lin. 1. di Rosso in Comugneri. lin. 24. Stramaccio e Gino. lin. 27. Dreuccio. Pag. 106. lin. 11. Colle Brunachi lin. 16. Renoniccio. Pag. 109. lin. 33. Rossino di Cardo. Pag. 110. lin. 18. Cioè Giovannino di Iacopo Perfetti, Colluccio di Bustrore, e Piero di Giovanni, e preso Colluccio Guadardi, dipoi entrando, ec. Pag. 111. lin. 3. I Saminiatesi a' 18. Novembre lin. 4. Berto da Casanuova. Pag. 112. lin. 1. del Castel di S. Giovanni, di Ghello, Barbialla, e Milicciano. lin. 26. il Castello Davane posto al ponte a Serchio. Pag. 114. lin. 11. Banduccio Buonconti. Pag. 115. lin. 30. Antelminello. Pag. 116. lin. 5 Antelminelli. Pag. 117. lin. 20. Mazeo de' Manardi. lin. 27. Collebrunachi *atque ita legendum ubicumque scribitur* Collebrandi. Pag. 119. lin. 30. del Signor Piero. Pag. 120. lin. 19. Simone della Villa. Pag. 121. lin. 5. Messer Albizo de' Rossi. lin. 2. Santa Fiore. lin. 18. Matteo Busteri. Pag. 127. lin. 31. porta a Gargozi. Pag. 128. lin. 9. ammazzarono tre Ghibellini. Pag. 129. lin 4. di Ne-

Nieri de' Ficarelli. lin. 12. Feccia. Pag. 131. lin. 23. de' Cavicciuli. Pag. 132. lin. 30 Buono Tobertelli. Pag. 135. lin. 2. de' Rafignani. lin. 12. Vaiana. Pag. 136. lin. ultima, Confinati come si contiene. Pag. 137. lin. 5. Grumulo lin. 13. Collebrunacci. lin. 17. 19700. 700. lin. 26. 52700. 700. Pag. 138. lin. 5. Grizzi. lin. 4. Bottacci, *cui addendum* Giogli, lin. 9. Poggichisi. lin. 11. Rainerii. lin. 17. Curradi. Pag. 139. lin. 16. Ristorini. Bissi. *Et haec quidem festinanter in magnis temporis angustiis ex posteriore Codice MS. correximus in Diario* Ioannis Lelmi, *& eius Appendice: nam non diffiteor, si vacaret, multa alia emendari posse. Nunc quibusdam difficultatibus, quae operis τῷ γνησίῳ obiici possent, satisfaciendum est. Sed primum animadvertendum brevitatem ipsam ac simplicitatem, qua scriptum est, magno esse argumento, illud minime esse suppostitium; inscriptionem insuper ipsius Auctoris, quam supra retulimus, atque ordinem, quo per dierum, mensiumque, seriem sua memorabilia conscribit; & multa suis narrationibus iuserere verosimilia omnia, quae aliunde haurire non est: in his vero, quae cum aliis historicis communia habet, fidem integram, & luculentam, atque iis verbis veritatem expressam, quae alios Scriptores ab eo non compilatos satis indicent. Quid quod non pauca refert,*

qui-

quibus se interfuisse testatur, & quod quidem eum verum veridicumque historicum, hoc est rerum plerarumque quae scribuntur inspectorem, evincit. Quae quidem omnia quum evidenter emineant, quis non plurimi faciat historiam adeo antiquam, quae pluria de rebus Etruscorum complectitur hactenus ab omnibus ignorata, & quae alibi frustra quaerantur? Iure igitur meo huius Voluminis, tamquam auro gemmam, libellum perutilem inserui. Nec est cur mihi quis obiiciat in Ioannis *narrationibus falsa quaedam deprehendi, ut Carolum Regis Franciae filium anno MCCCII. in Etruriam venisse; quam id a* Ioanne Villanio *anno antecedenti adsignetur; id quod a me iam adnotatum fuit in* Praefatione Partis I. huius historiae, *quamquam a Codice minus correcto in errorem ibi inductus fui, & dicere debui, quod de proxime insequentibus effatus sum. At non tantum id obiici potest, verum eadem difficultas in omnibus annis insequentibus recurrit; annos enim* Ioannes *noster signat more Pisanorum, ceterosque Italos in temporibus digerendis uno anno praecurrit: quare hic obex iam remotus est. Sed alia obiectio inde exstat, quod verba, & loquutiones, quibus in suo Diario scribendo* Ioannes *utitur, non illam antiquam aetatem redolent, qua illud exaratum perhibetur. Verum & huic facilis responsio est; quum enim nullus Codex anti-*

quissimus huius Diarii reperiatur , sed duo tantum , ut diximus : unus , Saeculo XVI. scriptus ; alius etiam posterius ; & quidem uterque a librariis imperitioribus : facile comprehendere est , phrasin illam antiquam recentiori ab eis , & eorum usui accommodata , mutatam fuisse , id quod certa demonstratione evincam. Quum enim propria nomina hominum & locorum facile mutari non possint , ea , ut plurimum , & alia etiam , prout illa Saeculo XIV. efferebant , servata & scripta fuere. Ea autem adducam ex Codice melioris notae , utpote in quo minus corrupta sunt. En: Sanesi, Pistolesi, Podestà, Ruberto, Castel Sant' Agnolo, Colonnesi, Vescovo di Legio, Maliscalco, Rubelli, Imperadore, Conte di Forese, Dalfino di Vienna, Conte di Limagio, Vescovo di Remso, *praeter sexcenta nomina mutila , ut* Gianni, Tessa, Fredi, Nuccio, &c. *quae tum temporis multum in usu erant. Quum vero in hoc Diario multa nomina sint Castrorum , Vicorum , Castellorum , Villarum , Oppidorum , aliorumque Etruriae locorum , quae eius Topographiam iuvare possunt , heic ea recensere fert animus.*

Comugneri. Pag. 83. 83.
Saminiato. 83.
Seravalle. 83.
Castel Pulicciano. 83.
Porto di Matrone. 83.
Montale. 83.
Piano di Becco. 84.

Pog-

Poggighisi. 84.
Rossia. 85.
Balconevisi. 85.
Colle. 86.
Focecchio. 86.
Castello. 86.
Santacroce. 87.
Santa Conda. 87.
Prato. 87.
Montopoli. 87.
Cambiano. 87.
Elsa Fiume. 87.
Torreboni. 88.
Sangimignano. 88.
Mugnana. 92.
Cerretello. 96.
Montevarchi. 96.
Figline. 96.
Sangiovanni. 97.
Ancisa. 97.
Sansalvi. 97.
Santacrestina. 97.
Camporena. 97.
Civoli. 98.
Grumolo. 98.
Montemagno. 98.
Poggibonsi. 98.
Santamargherita. 99.
Sancasciano. 99.
Barbialla. 99.
Peccioli. 99.
Legoli. 99.
Santamaria Novella. 100.
Lucardo. 100.
Casoli. 100.
Pontadera. 100.
Forcoli. 100.
Camugliano. 100.
Montilione. 100.
Tonda. 100.
Castelfalfi. 100.
Quercia di Liverano. 100.
Collegarli. 101.
Agliati. 101.
Barberino. 101.
Sansavino. 101.
Colline. 102.
Moriolo. 102.
Poggio. 102.
Marti. 102.
Cercina. 103.
PietraSanta. 103.
Davane. 104.
Sanromano. 104.
Collebrunacci. 106.
Renoniccio. 106.
Rii rotti. 106.

Borgo all'Isola. 106.
Borgo a Mareto. 106.
Santa Maria de' Giudici. 106.
Poggio grosso. 108.
Stibbio, 108.
Leporaia. 108.
Montalto. 108.
Buti, 108
Citoia. 108.
Castelnuovo. 109.
Valdera. 109.
Calenzano. 109.
Pagnona. 109.
Carvaiola. 109.
Villa di Pino. 109.
Ponte a Ebola, 109.
Montebicchieri. 109.
Serra 109.
Collelungo 109.
Torre di Sammartino. 109.
Torre de' gatti. 109.
Poggio Veronese. 109.
Poggio rosso. 109.
Casanuova. 111.
Gattaiuola. 111.
Ponte tetto. 111.
Castel San Giovanni. 112.
Gello. 112.
Millicciano. 112.
Averne. 112.
Serchio. 112.
Bucciano. 113.
Santa Maria a Monte. 117.
Montecalvoli. 117.
Castelfranco. 117.
Montecatino. 117.
Valdinievole. 117.
Pancoli. 117.
S. Quintino. 117.
Leccia. 118.
Monte Cerboni. 118.
Laiatico 119
S. Donnino 119.
S. Fiore, 121.
Marcignana. 121.
Empoli, 121.
Scoccolino. 121.
Torre a S. Romano. 121.
Monte Donico. 123.
Bunoli. 123.
Fiabbiastri. 123.
Falcino. 123.

S. Chia-

S. Chiara. 123.
Giovanastra. 123.
Ontraino. 123.
Buonafede. 123.
Porraia. 123.
Monte Sommano. 124.
Monte Verturini. 124.
Sammartino. 125.
Vivinaria. 125.
Buggiano. 126.
Castel Fiorentino. 128.
Callavoli. 128.
Santo Stefano. 128.
Borgo. 128.
Palaia. 129.
Pusignana. 129.
Vinci. 132.
Capraia. 132.
Creti. 134.
Cerreto Guidi. 134.

Pag. 140. *Epistolam* Magdalenae Guidalottiae *anno MCCCLXIX. scriptam, aliamque incerti Auctoris* pag. 149. *producimus, quibus historia capti a Florentinis S. Miniatis luculenter illustratur; deinde alia memorabilia idem Oppidum spectantia subdidimus; tamdemque a* pag. 150. *ad* pag. 174. *varia antiqua instrumenta & membranas, res Miniatensium attinentia adtexuimus.* Pag. 200. *Sententiam contra Florentinos ab* Henrico VII. *Imperatore latam, ex antigrapho, quod in Bibliotheca Riccardiana adservatur, producimus, ut nostra historia magis atque magis illustrari, & locupletari possit; meliusque ea quae* Ioannes, *&* Mathaeus Villanius, *narrant, intelligantur: quin & historia genealogica Familiarum*

✠ 3 *Flo-*

Florentinarum absolutior evadat, ad quam perficiendam multa praesidia hic sufficiuntur. Harum familiarum honores & dignitates aliqualiter etiam Secunda huius Historiae Siculae Parte *exhibuimus: quem nostrum conatum aliqui iniuria carpserunt, quod rem perfectiorem expeterent; non considerantes non esse meae provinciae ingentia volumina edere; sed brevia quaedam & compendiaria Opuscula publici iuris facere, ex quibus aliqualem rerum notitiam, siminus absolutissimam, haurire quis possit. Et quum ipse magna veneratione prosequar Florentinos optimates, adeoque tam multa edam ad eorum familias spectantia, adrisit etiam inserere* pag. 258. *Epistolam satis prolixam* Ioannis XXII. Pont. Max. *Magistro & Capitulo generali Hospitalis Sancti Ioannis Ierosolymitani, & Societati* Perutiorum *Florentiae scriptam, ex qua intelligimus a* Perutiis *Florentinis Civibus, & Mercatoribus, eorumque Sociis centum & nonaginta unum millia Florenorum aureorum mutua data fuisse praedicto Hospitali; atque inter eos convenisse ut haec summa pecuniae quatuor annorum spatio, quotannis rata,* Perutiis *eorumque Sociis, ab Hospitali persolveretur. Nam haec Epistola perspicue ostendit quam divites essent hi Mercatores Florentini, &* Perutii *praecipue, Viri Nobiles & Clarissimi, quorum gens adhuc praecipua nobili-*

tate

tate censetur, *& in qua est* Simon Bindus, *Vir eruditissimus*, *qui huius Pontificiae Epistolae autographon mihi liberaliter commodavit*. *Minus vere dictum fuit in praevia Nota* pag. 257. *mutuam pecuniam hac Epistola a* Perutiis *peti*, *ut Hospitali inopia laboranti succurreretur*. *Spero hoc vetus Instrumentum ingratum non fore ei*, *qui Hospitalis laudati Codicem Diplomaticum a* Sebast. Paullio *concinnatum*, *augere*, *& locupletare voluerit*: *nam* Paullius *hoc suae Collectioni non inserit*, *nec eius mentionem ullam facit*. *Ignotum quoque fuit* Bosio, *&* Vertoto; *& ex eo Historici isti corrigi non semel & illustrari possunt*. *Res tamen ipsa* Bosio *innotuit*, *licet minus integre*, *& de ea ita scribit*, Libro II. ad annum 1324. *de Elione de Villanova Magistro agens*: Voltò di nuovo l'animo a sviluppare la Religione da' grandi intrichi, e da' gravi debiti, ne' quali si trovava; e a questo effetto, perchè in un Capitolo generale cominciato in Avignone, e finito in Arli, si era la Religione accordata di pagare fra quattro anni, cento trentatrè mila Fiorini d'oro, che si dovevano al banco de' Bardi, e centonovantunmila al banco de' Peruzzi Mercanti Fiorentini; imponendo per questo certe risponsioni, e imposizioni maggiori del solito, sopra tutti i beni di questo Ordine; vedendo il Gran

Maestro che con tutto ciò non si potevano finire di pagare que' debiti, domandò, e ottenne licenza dal Papa, di potere alienare e vendere, ovvero dare in affitto perpetuo tanti beni stabili della Religione, sino alla somma di centonovantatrè mila Fiorini d'oro, in diverse parti della Cristianità, ec. *Et ecce quantum utilitatis ad historiae absolutionem ex antiquis Instrumentis emanet; & quantum necessarium sit ea continenter prodere, pluteis archivorum, & bibliothecarum excussis; quidquid in contrarium stolide non tam effutierit quam eructaverit obstreperus blatero, & homo indoctissimus, qui quum loqui nesciat, tacere non potest, quare in omnibus eius scriptis loquentiae multum, sapientiae parum exsistit. Est is* Grunnius Porcellus Corocotta, *qui paucis ab hinc diebus cacatas quasdam chartas Reip. litterariae, & Florentinis praecipue Litteratis, nimis audacter obtrusit. Iis publici iuris facit LX. Epigrammata Italica, vulgo* Sonetti, *barbara, inficeta, subventanea, ridicula; in quibus dubius haereas carminum illepidissimorum ruditatem magis, an hominis hebetudinem singularem admireris. Et tamen eo adrogantiae prorupit, ut in ipsa libelli fronte Horatianum illud praefigeret:* Non aliena meo pressi pede; *& in Praefatione inepta & Thersiteae prolixitatis, se novarum*

alias-

aliasque ignotarum Venerum, & elegantiarum auctorem inscitissime praedicaret; & velut exemplar & canonem Anacreonticae poeseos, ceteris omnibus contemtis & elevatis, confidentissime proponeret. O caput adligandum Hippocratis vinculis, & tribus Antyciris vix sanandum! O nugas, omnium doctorum hominum cachinnis, & sibilis excipiendas! At saltem sutor non ultra crepidas indicasset, & de poetis tantum, quorum nihil aliud habet quam inertem paupertatem & turpem miseriam, loqui sat habuisset: summates etiam alios sapientiae viros os illud effraene maledictis adpetit atque proscindit, & quamquam generaliter loquens, tamen satis perspicue Maffeios, *&* Muratorios, *aliosque id genus viros longe doctissimos, & de Rep. Litteraria, cuius ipse labes & vomica est, optime meritos impetit; & quod utilissimas peregrinationes susceperint, & quod eruditae antiquitatis reliquiis onusti, & doctrinis omnibus melius exculti, in suas patrias redierint; & quod suae diligentiae deinde monumentis, admirandisque praestantissimi ingenii foetibus, in vulgus proditis, incrementa scientiae, eruditionis progressum, Reip. Litterariae emolumenta, procuraverint. Quid de eo dixerim, quod scholia, quibus Auctores illustrantur; variantes lectiones, quibus emendantur & restituuntur, homo iam non tam indoctus, quam*

per-

perniciosus, inridet, & sedulam ac laudabilem Eruditorum operam, quam iis perficiendis navant, flocci facit; atque ea ratione praecipua optimorum studiorum praesidia tentat evertere? Quo vero suae mentis crassitudinem, obesasque nares magis ostentet, pleraque antiqua instrumenta suppositionis insimulat, non alia quidem ratione, quam ea, quae ipso universae litteraturae probro & dedecore dignissima est; Ob siquis Archiva, inquit, siquis Bibliothecas interrogaret, non ne se umquam fortassis instrumenta illa continuisse diserte inficiarentur? Quasi viris doctis opus sit huiusmodi ineptis interrogationibus abuti ut vera, & genuina a falsis suppositisque dignoscant; & non certos habeant characteres & signa, quibus ducibus ea facillime & primore adspectu discernant. Ipse est impostor & circulator, qui nugas meras, & insulsissima carmina, pro versibus cedro dignis, & quos Homerus & Vergilius, Dantes, & Petrarcha, si Deo placet, non sine invidia subspiciant, nobis venditare meretricia fronte non erubescit; quasi Florentini perspicacissimi, & naris emunctae viri non sint; sed tales quorum palato sapere aliquatenus possint ardelionis huius deliramenta, non sensus; ineptiae, non verba; strepitus inanes stolidae loquacitatis, non carmina. Sed quid pluria de aeruscatore isto lurido, & fallaci, & agirta procacissimo, nunc loquor,

quor, & otio orationeque pessime abutor? Quum nec dignus is sit, qui commemoretur a nobis; nostrisque vicibus eius commentarii & scripta luculente fungantur; quae quamdiu manebunt, ludibrium ille debebit eruditis, & illustre ignorantiae summae, audaciae incredibilis, minime ferendae temeritatis, monumentum exstabit. Verum quum cito, ut pessima quaeque, interitura illa sint, viros doctos & Florentinos eruditos praecipue, a maleferiato hoc homine me ita vindicasse non poenitet; & eum veluti digito monstrasse, quem praecipitem e Parnasso Musae multa cum ignominia furcillis eiecerint. Non me tamen fugit quid vecordem hunc & ignavissimum catillonem in viros vere doctos, & eximiis disciplinis instructos, subactoque iudicio praeditos, debacchari compulerit: in primis miseranda mentis tenebricosae caecitas, qua aliquid se scire putat, & nihil se scire non adgnoscit; quare nescio quae liventi eius animo invidia identidem gliscit, quam ille ex tumidis praecordiis erumpentem in viros optimos evomat: deinde infelix ex inertia oriens inopia, ac famer malesuada, quae eum adigit, ut iniussa ieiunia solvere possit, quibusdam eruditionem frustra adfectantibus, ac turbulentis palpum obtrudere; indoctis & nugacibus Sannionibus adulari; feminis ipsis & meretriculis obtemperare. Sed non vident illi, non videt hic, se fatales eis ri-

risus excitavisse, & mala mentis gaudia non diu aegroti animi scabiem titillatura, in plagas iamiam pectori alte haesuras erumpentia. Quare intempestivos triumphos agere parcant noti illi verae litteraturae, & perutilis eruditionis hostes, Musculus *logodaedalus,* Melanthius *fanaticus,* Burrhus *cervicosus,* Rusticius *impolitissimus, & greges Druidum illi Tartareo animi & indumenti nigrore pullati, sexcentique alii maleferiati vitilitigatores, qui olim sensuri sunt (quando humida & lapsantia & inutili strepitu tinnula verba stultissime amant, atque utilem ac pinguem & bonae frugis plenam eruditionem facile contemnunt) quantis eos possim robustae eloquentiae nervis invadere, & iacula potius quam contortas vibrare sententias; quanto & quam effuso divinae poeseos impetu fluere, nisi malis, praecipitare, non nova & inaudita quidem, ut vecors & hebes* Grunnius Corocotta *noster, nequidquam iactando, & perperam obgerendo; sed ex illimibus optimorum auctorum fontibus imitatione derivata in unum eumdemque elaborati opificii saporem subigendo feliciter. At res suas sibi habeat* Corocotta *petulantissimus; frustraque interim eum soletur suus ille* Rusticius, *aut* Polychronia *cunni non fatui, & quicumque alius stercora pro croceis amplexatur; nam ut vela contrabam*

oper-

oportet , & cymbam in littus ſubducam , me libelli Praefationem , non in perditissimum hominem invectivam , ſcribere non oblitus .

Sed quum quaedam pagellae , quae vacuae reſtant , implendae ſint , lubet heic adponere carmen , quod in Moſchi , *Poetae Graeci elegantiſſimi , laudem , & defenſionem , Vir doctiſſimus , & Poeta celeberrimus ,* Ioſephus Clemens Binius *extempore fudit .*

QUA te , Pieridum decus immortale ſororum ,
Laude feram , & Siculi gloria , Moſche , ſoli ?
Florentem magni docto Philometoris aevo
Te per quina quater ſaecula Fama canit ;
Fama tuos verax aeternaque cantat honores ;
Praemiaque haec culti carminis auctor habes ;
Carminis ambroſii , quod dum ſonat , aethera mulcet ;
Noſtra quod Aonio pectora melle rigat ;
Quod Venus ut legit , ſaevos oblita dolores
Eſt nati occultam viſa probare fugam ;
Tanti erat , & dixit : pretium ferat oſcula vates ,

In-

Indicibus nati quae male danda forent.
Sed pudor ! & noſtri memorabile dedecus aevi !
Carmina quae Charites, quaeque amat ipſa Venus;
Quae canere ad citharam non dedignetur Apollo;
Quae volitant paſſim docta per ora virum;
Helladi quae Latium invidit, dignoque labore
Tranſtulit in numeros Roma ſuperba ſuos;
Lividus, indoctus, ſtolidus Corocotta canino
Dente petit: verſus obgerit atque ſuos.
Verſus iratis auſus quos condere Muſis,
Queiſque magiſtrales praemia dent ferulae;
Quos derideret vel Magherinus Homero
Iam par, ſi vatem ſe Corocotta putat.
Et tamen hic, capitis tanta eſt inſania moti,
Se praefert Moſcho, quem legere haud potis eſt;
Dum Graecos apices, Aegypti aenigmata credit;

Dum

Dum bene vix Tuſcos noverit ille ſonos;
Ne dicam Latiae dulciſſima nomina linguae,
Quae commune nihil cum blaterone volunt.
Oh quanto melius, quam carmina fundere, ventri
Conſulere. Ah longa viſcera ſolve fame.
Moſchus vivit adhuc quamquam ſit mortuus, at tu
Mortuus es vivens, o Corocotta miſer.
Et niſi corradas prece vile nomiſma rapaci,
Teque aliquis doceat ni meliora Deus:
Corpus non tantum, ſed morte peribit eadem
Fama: etenim ſtultos triſtia fata manent.
Sed quae fama tibi, infamis Corocotta, peribit?
Non ea quam virtus, & ſacra Muſa, dedit.
Nulla etenim. Sed quam vernae, ſcurraeque procaces,
Atque meretriculae, turba tui ſimilis.

I nunc

I nunc, & Moschum, & claros vexare Poetas
Perge: tuae nugae praemia digna ferunt.

Hactenus ille cultissimus vates; cuius olim & alia pluria carmina politissima, si Deus faxit, publici iuris faciemus; interim monentes, quaecumque heic de Grunnio Ce[illegible] Corocotta *habentur, brevi utraque lingua, Latina videlicet & Italica, in vulgus prodenda esse, cum luculentis & festivissimis Viri non uno nomine eminentissimi* Ios. Mariae Mecattii *Commentariis, quos eiusdem esse genuinos & veros, non suppositos ab aliis falsosque foetus, utpote eius genium ad miraculum praeseferentes, vel* Grunnius *ipse* Corocotta *inficias non ierit.*



LAV-



LAVRENTI BONINCONTRI MINIATENSIS HISTORIARVM VTRIVSQVE SICILIAE

LIBER SEXTVS.





Blati sunt Carolo post Manfredi mortem eius thesauri, quos ille Beltrando Comiti dividendos dedit, qui ante se in stabulo proiectos pedibus tripartito divisit. Primam thesauri partem Carolo, secundam Beatrici Reginae, designat, ultimam militibus, quorum opera ea victoria parta fuerat,

rat. Qua magnitudine animi Rex permotus Beltrandum Avellini Comitem (1) creat. Post paucos dies, quibus haec acta sunt, Carolus Pontificis iussu, captos praelio Regni nobiles fugavit, exsulesque, qui a Manfredo eiecti fuerant reduxit, imperiumque eorum restituit, in quibus Sanseverinorum familia. His peractis Luceriam petivit, ibique castra habuit, ubi in ea urbe omnes, qui ex praelio fugerant, & qui per Apuliam vagabantur, Agareni se contulerant. Misit deinde in Etruriam Boccardum (2) magistrum equitum, quem Gallica lingua Marescalcum vocant, cum equitibus, videlicet ut Pisanis, & Senensibus bellum, inferret, Guelfisque praesidio esset. Ad cuius adventum Gibellini omnes tam de Florentia, quam ex aliis civitatibus, pulsi Pisas confugerunt. Guelfi, qui prius extorres fuerant, Florentiam ingressi

(1) *Costus* ad *Collenucii* historias Adnotationibus addit. *Oltre al Conte d' Avellino di Casa del Balzo, il Re Carlo ne fece altri tre, che furono, Guido Monforte Conte di Monteforte, Gualtiero di Brena Conte di Lecce, e Pietro Ruffo Conte di Catanzaro. Mecatt.*

(2) Boccardus, ut iam dictum est, erat Comes Vallismontis, Italice *Conte di Vaudemon. Villanius* autem refert Marescalcum Regis Caroli in Etruriam missum non Boccardum, sed Gulielmum Lostendardum fuisse. Vide Cap. XXIV. Lib. VII. Nisi dicere velimus utrosque missos in Etruriam, ut ex historicis liquido patet. *Mecatt.*

gressi Gibellinorum bona non sine magna contentione, & caede, rapuerunt. Quum plures ex his inter se caesi fuissent, & contentio ad seditionem spectare videretur, a Marescalco sublata est. Per haec tempora Carolus omni Sicilia potitus est (1). Ad cuius nominis famam Henricus Alphonsi Regis Hispaniae frater, & ipsi Carolo Sobrinus, ex Africa ubi bellum gesserat, venit, cum militibus DCCC. cum quibus contra Afros bellum gesserat. Hic quum accepisset Carolum sua liberalitate aere alieno oppressum, quadraginta mille auri doblas (sic enim id monetae genus in Africa adpellabatur) ei mutuo dedit; quas postea quum ad promissum diem non restitueret, illius hostis effectus est, ut suo loco dicemus. Interea quum in Etruria Caroli equitatus Senensibus, & Pisanis, bellum inferret, Guido unus ex suis Ducibus a Conradini equitibus, qui in Tuscia erant, interceptus est, & varia cum belli fortuna Etruscorum res agitabantur; Gibellini enim contra Guelfos, & ii contra illos, armis dimicantes, miserandum eius Provinciae statum effecerant. Quas ob res Carolus cum Agarenis

(1) Excepta Luceria Saracenorum, quam obsidione vallatam reliquit, eamque obtinuit post pugnam cum Conradino prope Tagliacozzum habitam, ut inferius referemus. *Mecatt.*

foedere prius inito relicta Luceriae obsidione in Tusciam properavit. Simul etiam quia de Conradini adventu certior factus, cum magnis copiis adventare in Italiam intellexerat, opponere se illi extra Regnum intendebat. Igitur (1) Bonos (2) Pisanorum oppidum adgressus, quum bene munitum expugnare non posset, fame ad deditionem faciendam compellere statuit. Quod tamdem tertium post mensem perdomitum diruit (3). Inde Pisas se contulit. Post in agrum Lucensem, unde Conradino in Etruriam descendẽti transitus erat perrexit, & Motronum (4) pri-

(1) In *Annalibus* habet *Rones*, sed corrupte. Lamius.

(2) *Villanius* Podium Bonitii vulgo *Poggibonsi*; nec oppidum Pisanorum erat, sed huius oppidi incolae suis legibus regebantur, & Gibellinae partis fautores erant, hostesque Florentinorum acerrimi. *Mec.*

(3) *Ioannes Villanius* adcuratus historicus refert Carolum in hoc castello moratum fuisse quindecim dies, & discedente, Rectorem, qui suo nomine illud regeret, reliquisse, arcemque in illo condi iussisse, quae ob plurima ipsius Regis, & Florentini Populi, cuius gratia Carolus in Etruriam venerat, impedimenta, numquam ad finem perducta est. Vide *Cap. XXI. Lib. VII.* Mecatt.

(1) Motronum accepit, & Lucensibus restituit; nam in gratiam Lucensium ad muros Mutroni, oppidi inexpugnabilis, accessit. Ideoque nescio cur dicat *Lucam deditione accepit*, quando Luca Guelforum partes sequebatur. Vide *Villanium Cap. XXII. Lib. VII.* Mecatt.

primo, inde Lucam, deditione accepit. Interea Henricus, quamquam Carolo tam infensus, impetrat tamen a Pontifice, ut terris Ecclesiae & Romae praeficeretur. Igitur Senator urbis creatus, arces, quae in Etruria Ecclesiae Romanae erant, tutandas suscepit. Pecunias suas, prius Pontifici sponte oblatas, postea denegavit. Moxque mutata voluntate nonnullis Romanis auro corruptis & prece, statuit, & Carolo, & Pontifici, bellum inferre. Igitur Conradinum iam antea a Pisanis accitum litteris, nuntiisque, admonuit, ut in Italiam properaret; se, quum venerit, suas partes tutaturum, Romamque suae potestati subiecturum. Deinde praefecit classi Pisanae, quae in Portu Romano erat, Capecium quemdam Neapolitanum nobilem, ut eo Duce, Caroli Regnum infestaretur. Hic quum rem dissimularet primo, Henrici ductu in Africam traiecit, ut Fridericum alterum Regis Castellae germanum sua pecunia conduceret, Agarenosque ea stipe in Italiam, & Siciliam, induceret. Qui quum Insulam invasisset, audito Conradini nomine, prope totam Siciliam primo impetu occupavit; & Henricus per Campaniam Regnum Neapolitanum adgressus, Aversam urbem occupavit. Inde in Aprutios rediens omnia eius Provinciae oppida praeter A-

quilam ſubſcepit ; pauloque poſt a Piſanis conductus cum Senenſibus, & ceteris Etruriae Gibellinis, ſocietatem iniit. Mittuntur praeterea a Piſanis Conradino millia centum aureorum, quibus ad res eorum defendendas inſtructior adparatiorque properare poſſet. In ea tempeſtate Veronae erat, & tribus eo conſederat menſibus. Quo tempore plures ex ſuis Ducibus inopia rerum neceſſariarum coacti ab eo defecerant. Ea dum a Conradino, Piſanis, & ceteris, gerebantur, Fridericus Aragonius, Meſſana, Panhormo, & Syracuſis, exceptis, omni Sicilia potitus eſt ; & Agareni, qui Luceriae erant, contra foedus prius ab eis initum finitima Apuliae loca invaſerunt. Carolus de Henrici rebellione, & Siciliae, & Apuliae, rebus certior factus, ſtatuit in Regnum redire. Tamen ne res Etruriae ſine praeſidio relinqueret, Florentinis id maxime expoſcentibus, DCCC. equites illis in praeſidio reliquit, quibus praefecit Guilielmum Stendardum, & Guilielmum de Berſelve. Interea Clemens Conradino interdixerat Regnum Neapolitanum invadere, nec ut ſibi quid rei cum Carolo eſſet. Sed ipſe iam in Tuſciam, Regnum invaſurus, deſcenderat, & apud (1) Lucam aliquot diebus conſe-

(1) Confedit enim apud Lucam, ut eam urbem ad

sederat. Deinde a Pisanis ad maiora adcersitus per Miniatensem agrum Bonos (1) pervenit, & ab oppidanis, qui ea loca instauraverant, deditio facta. Post haec ex Senensi populatur agrum Arretinum, ubi magno praelio Caroli Marescalcum superavit, occiditque. Erat illi *Broccardo* nomen. Postremo in Senensem reversus profligavit hostium equitatum, cepitque CCC. Regis equites, qui eo a Florentinis immissi, praedam inde absportabant; & tamdem Augusti mense Romam pervenit, Tuscos equites complures ex omni ferme Etruria secum ducens, in quibus Guido Pisanus (2) cum equitibus CCC. Henricus I. Hispanis, de quo supra meminimus, Ecclesiae arces in Urbe tradidit, & ad Pontem Milvium Senatum Populumque Romanum habuit, Imperatorque salutatus ab iis in Capitolium deductus est; ubi dimisso Ferentino cum parte equitum ipse cum ceteris abiit (3). Iamque cum

ad suas partes traheret, decem dierum spatio, nihilque profecit, & Pisas se contulit in Regnum transiturus. Vide *Villan. Cap. XXIII. Lib. VII.* Mecatt.

(1) Idest Podium Bonitii, quod iam, ubi Corradinus primo Pisas pervenerat, defecerat a Carolo, ut videre est apud *Villanium C. XXIV. Lib. VII.* Mecatt.

(2) Hic Comes Gherardescae erat, ut habet in *Annalibus*. Lamius.

(3) Romae reliquit Guidonem Comitem Montis

cum Germanis, quos de Germania adduxerat, ceterisque Italorum copiis (1) quinque millia equitum coegerat, magnumque peditum numerum, cum quibus in Caroli Regnum impetum faceret. Interea Richardus Alemannorum Rex obiit, & Regni sedes Electorum dissensione quatuor annis vacavit; & Blancia Ludovici Regis Franciae filia Fernando Aragonio maiori natu Regis Castellae filio, matrimonio copulatur ea lege, ut qui primus ex ea filius nasceretur, Avo, & Patre, vita functis, Regnum Hispaniae, ceteris adgnatis iure exclusis, pacifice possideret. Non multo post Caroli uxor Beatrix moritur, quae quum Neapoli regio more sepeliretur, Friderici Hispani classis in Portu adpulit, vexillum, nomenque Conradini invocans Neapolitanos maximo terrore adfecit. Quibus rebus permotus Carolus, ibi praesidium posuit, omniaque in Regno diligentius curare coepit, & Agarenos, qui Luceriae rebellarant, castellis & viarum exitibus ereptis, obsedit, ne ad Conradinum se reciperent. Post haec Conradinus intelligens Carolum Campaniae aditum occupasse, ex Tiburtino agro per Equicolas in Mar-

tis Feretri, ut pro eo Senatoris vices obiret. Sic habet *Collenuccius Lib. IIII.* Mecatt.

(1) Sic habet etiam *Villanius Cap. XXV. Lib. VII.* Mecatt.

Marſorum campeſtria pervenit. Erant ei a dextra Lacus Fucinus, & veteris aquae ductus, qui olim Aqua Martia dicebantur, Romam procedendo, a ſiniſtra Equicolarum montes; & ipſe ad oppidum Albam decem ſtadiis conſedit. Et ex altera parte Carolus decimo inde ſtadio ad vallis fauces occultas exercitum duxerat, in quo erant ſex & decem millia equitum, peditum vero (1) quatuor, quos haud procul oppido continebat. Erat ea tempeſtate in regio exercitu Alardus quidam (2) natione Gallus, aetate gravis, ſapientiaque & conſiliis pollens Beltrando Balzio (3) Sobrinus, qui quum ſuperioribus diebus Ieroſolymam peteret, vi tempeſtatis in Regnum adpulerat cum Beltrando Balzio. Ceterum veteri odio Carolo incenſus navigio ſe continebat. Hic per

(1) Veriſimile non eſt Carolum ſex & decem millia equitum habuiſſe, & quatuor millia peditum. Quare credendum potius eſt, quod refert *Villanius*, Carolum tria millia equitum ex Gallorum, Provincialium, & Italorum, gente in ſuo exercitu habuiſſe, maiorem vero peditum numerum. *Villanius* enim refert *Cap. XXVI.* Conradinum multo copioſiores equitum turmas in ſuo exercitu habuiſſe, quam in exercitu Caroli eſſent. *Mecatt.*

(2) Sunt qui dicant Alardum hunc Neapolitanum fuiſſe, ut *Platina*, & *Riccius*. Verum Gallum fuiſſe tradunt *Villanius*, & *Collenuccius*. Mecatt.

(3) *Bantio* habet in *Annalibus*. Lamius.

per Bertrandum Reginae Consiliarium, apud quam cum nobilitate familiae, tum propter thesauri dimissionem nuper ab eo factam, plurimum poterat, Reginae ante eius mortem conciliatus, fide publica accepta, ad eam visendam descendit e navi; quae quum eum accepisset, quod esset in arte rei militaris iampridem in Gallia magnae disciplinae & nominis, is veteri odio ob iram susceptam deposito, fatigatusque Reginae precibus, cum Beltrando se ad Carolum contulerat, & ad pedes eius accedens, manu ab eodem sublevatus benigne receptus fuerat, qui percontatus pauca de suo itinere, postulaverat quonam maxime modo adversus tantas Conradini copias obsistere posset. Suorum & hostium numerum edoctus, quibusque angustiis premeretur, Araldus primo negare se ob susceptam profectionem quidquam contra Conradinum consulturum: sed adventante periculo, obsecrare vehementius Carolus hominem coeperat. Hortatur per reconciliatam cum eo gratiam, per fidem qua Ludovico fratri Galliae Regi adstrictus esset, per eam denique religionem, pro qua tantum iter susceperat, quod contra iussa etiam Pontificis Conradinus nitebatur, & excomunicationis sententiam incurrisset, ut sibi consuleret. Quibus precibus fatigatus Alardus, quum prius multa explorasset, percon-

conatus ab Rege est, quid iuris in Regno Neapolitano haberet. Qui ut comperiit Pontificis concessione Regnum pro Romana Ecclesia obtinere, inspectis deinde hostium castris: *Ii sunt*, inquit, *qui contra Ecclesiam Dei nituntur? Sunt*, inquit Carolus. Tunc ille imperat uti ex omni suorum numero duo millia fortissimorum equitum deligat, eosque in insidiis conlocet, ceteram multitudinem bipartito dividat, cumque iis pugnam capessat, impedimenta in castris locet, quae sint hostium sistendorum gratia reservata.

Postquam ex Alardi sententia exercitus tripartitus est, & ab hoste copia pugnandi facta, Conradinus prior exploratis itineribus Caroli castra adgreditur. Primo impetu prima Regis acie loco pulsa in secundam pervenit. Haec quum Germanorum impetum aliquantisper substinuisset, tamdem in fugam conversa, pluresque ex ea capti, & occisi sunt, in quibus Henricus de Constantia Caroli Praefectus, qui regio cultu ornatus in praelium venerat. Conradinus ratus omnem Regis exercitum esse deletum in castra impetum facit, diripitque. Qui relicti impedimentorum praesidio fuerant fugientes quam longius hostem attraxerunt, & locum insidiarum praetergressi incompositi vagabantur. Haec quum Alardus

dus animadverteret, repente ex insidiis prodiit. Conradinus, primum suos ratus, laetus clamore sublato in eos gratulabundus procedit. Postquam proximior factus hostes esse cognovit, re intellecta, perterritus animo concidit. Guido (1) Pisanus primus omnium impetum hostilem aliquantisper substinuit. Deinde, quum Carolus maioribus animis instaret, in fugam versus cum quibus potuit, citato vehementius equo, Conradinum, cum Duce Austriae, & Comite Galvano, fugientem consequitur; relictisque tamdem equis agasonis (2) cucullione contecti per densa latitarunt. Carolus copiis hostium potitus plerosque Conradini Duces cepit, in quibus Comes Calvagnus, Gualfetanusque, & Bartholomaeus cum duobus filiis. Ceterum Henricus Hispanus Reatem (3) ex fuga incolumis pervenit, a (4) quibus captus, & ad Carolum perductus

(1) Villanius habet Comes *Gherardus*. Mecatt.

(2) *Collenuccius* habet. *Vestiti in abito d' Asinari, avendo errato tre dì per gli boschi, nè sapendo dove andare finalmente vennero per lor mala sorte nel bosco d' Astura in Ripa Romana sopra la marina*. Mecatt.

(3) *Villanius* habet ad montem Casinum. Inferius etiam noster auctor inquit a Reatinis Henricum Carolo traditum. *Collenuccius* vero aliique Historici habent ad Montem Casinum. *Mecatt.*

(4) Ideft a Reatinis, nisi intelligere velis a Montis Casini incolis. *Mecatt.*

ctus in Apulia carcere tentus interiit; qui illum gladio percutere, etsi ingratus erat, tamen quia adfinis, nefas putavit. Conradinus quinto tamdem die Asturium pervenit, vocatumque piscatorem quemdam cum parva navicula orare coepit, ut se & socios Telamonium (1) absportaret. Ille quum pretium postulasset obtulit illi Imperator (2) annulum, quem ille ad socios cum iis consulturus attulit. Iamque fama tanti conflictus Asturium pervenerat. Piscator quum annulum pignori datum Petro Frangipano ostendisset, is pignus collaudat. Ille navicula cum

(1) *Villanius Cap. XXIX.* sic habet: *Curradino col Dogio d'Osterich, e con più altri, i quali del campo erano fuggiti con lui arrivarono alla piaggia di Roma in su la marina presso a una terra, che si chiama Asturi, che era degl' Infrangipani di Roma gentiluomini, e in quella arrivati fecero armare una saettia per passare in Cicilia credendo iscampare dal Re Carlo, ed in Cicilia, ch' era quasi tutta rubellata al Re, ricoverare suo stato, e Signoria. Ed essendo loro già entrati in mare isconosciuti, uno degl' Infragipani, ch' era in Asturi, veggendo che pareano gran parte Tedeschi, e belli uomini, e di gentile aspetto, e sappiendo della sconfitta, sì s' avvisò di guadagnare, ed essere ricco; e però prese i detti Signori, e saputo di loro essere, e come era tra loro Curradino, sì gli menò prigioni al Re Carlo, per li quali lo Re Carlo gli donò terra, e signoria, alla Pilosa tra Napoli, e Benevento.* Mecatt.

(2) Sic habet etiam *Collenuccius*. Mecatt.

cum Conradino, & sociis mare ingressus a Frangipano invasus & captus est, & ad Carolum cum sociis perductus. Sunt qui dicant Conradinum ad Petrum veterem Svecorum familiae amicum confugisse, qui Neptuno, & Asturio, dominabatur, & ab eo proditum, Regique in magni muneris praemium praesentatum. Alii volunt ita Pontificis iussu effectum; quod non placet; quum litteras ad Carolum dederit super eius mortem consulentem longe diversas ab iis, quae postea sequuta sunt; & Viterbii (1) quum vidisset Conradinum in Regnū proficiscentem, flevit, quasi praesagiens illum ad destinatam mortem iturum. Scripserat enim litteras Pontifex Carolo, in quibus se non putare dicebat Conradinum relaxandum, nec tamen (2) perimendum esse; sed postea

(1) Ita narrat *Villanius*, idemque asserit *Costus* castigans *Collenuccium*, quod hanc Pontifici notam inurere audeat. Et sane *Platina* hunc Pontificem sanctissimum fuisse confirmat. *Mecatt.*

(2) Hoc adeo incertum est, & ab *Henrico Gundelfingen* Constantiensi in Chronicis Austriae tantum relatum. Quum enim (ut ille tradit) Carolus Clementem consuleret, quid de Conradino faciendum putaret, Clementem ita respondisse memorat.

Vita Conradini mors Caroli, mors Caroli vita Conradini.

Quod quidem a fide maxime alienum esse satis super-

stea eius morte vulgata, id aegre tulisse fertur. Per ea tempora (1) Bondardar Babyloniae Soldanus Armeniam omnem depopulatus Antiochiam tamdem expugnavit, & diruit, cultoribus & urbe, ferro & igne consumtis, occisisque. Ceterum Conradinus Neapolim perductus cum sociis in Foro Bovario ultimo est adfectus supplicio (2); ubi nunc exstat colunna porphyrea, quam iuxta aedem Sanctae Mariae Montis Carmeli eius mater postea aedificari ob salutem filii curavit anno salutis MCCLXVIII. & eius cadaver in Alemaniam asportari. Occisi fuere

perque Epistolae Clementis acerbius, asperiusque Carolo conscriptae, quod iuvenem Conradinum, aliosque nobilissimos adolescentes morte turpissima damnasset, ostendunt. *Mecatt.*

(1) Banducdar habet *Villanius Cap. XLI. Lib VII.* Mecatt.

(2) Efferatae immanitatis arguitur ab omnibus Historicis, quum nec Regem, nec Christianum decere videretur in iuvenem illius aetatis nobilitatisque saevire. Enormiusque in Carolo hoc visum est, quia quum superioribus annis a Saracenis una cum Ludovico Galliarum Rege captus esset, utrique a Barbaris, & regie habiti sunt, & liberati. Quare *Petrus Aragoniae Rex* in Epistola ad Carolum missa, eis saevitiem exprobrans, hoc ipsum memorat; concluditque his verbis: *Tu Nerone neronior, & Saracenis crudelior.* Vide *Collenuccium* ad finem *Lib. IV.* suarum Historiarum. *Mecatt.*

re cum Conradino (1) Auſtriae Dux, Calvagnus Comes, Bartholomaeuſque Comes cum duobus filiis, Gherardus Donoratici Comes Piſanus. Carolus poſt eam victoriam Romam ivit, ubi magiſtratum ſibi commiſſum exercuit, miſſiſque inde in Etruriam copiis Senenſes cum Florentinis pacificavit. Hiſce temporibus Clemens moritur anno MCCLXIX. & quum Patres de

(1) *Conradinus*, *Dux Auſtriae*, *Gherardus* de *Gherardeſcha* Comes Piſanus, qui in exercitu Conradini Etruſcorum Gibellinorum ductor fuerat, *Vrnaiſus* Germanus Eques ad ſupplicium ducti ſunt, & capite obtruncati; *Riccardus*, *Rebulſa*, *Ioannes a Grutta*, *Marinus Capecius*, & *Rogerius Buſſius* laqueo eadem die ſuſpenſi ſunt. *Henricus Hiſpanus* huic tragico adfuit ſpectaculo, nec morti damnatur, ob fidem Abbatis montis Caſſini datam, ubi illum vinctum Carolo tradidit. Damnatur tamen perpetuae carceri, ibique mortuus eſt. Carnifex, qui Conradino caput obtruncavit, ab alio Carnifice ſtatim occiſus eſt, ne vivens tantum ſe Principem occidiſſe iactaret. Iudici vero, qui ſententiam mortis in Conradinum tulerat, poſtquam in frequentia populi clara voce illam legerat, *Rupertus* Comitis Flandriae filius, Caroli gener, ſtricto enſe, coſtas tranſadigit, quod tantum facinus perpetrare auſus fuerit. De qua re ne verbum quidem a Carolo aliiſque proceribus factum eſt. Quin immo, ut ſtrenuus ingentiſque animi vir ab omnibus eſt commendatus. Vide *Villanium Lib. VII. Cap. XXIX. Collenuccium* in fine *Lib. IV.* ceteroſque rerum Neapolitanarum Scriptores. *Mecatt.*

de electione novi Pontificis non convenirent, sedes Romana vacavit annis duobus. Quo tempore Arx nova Neapoli aedificata est; & Thomas de Aquino floruit; Carolusque Luceriam sibi rebellem obsedit, in qua erat Conradus (1) Capecius, qui ab eo defecerat, & Conradini partium factus, ex tanta clade servatus, Luceriam cum equitum turma pervenerat, inde in arcem Stiorbis se receperat, ubi diu obsessus tandem in Caroli potestatem pervenit, a quo prius luminibus orbatus est, & deinde, laqueo suspensus, necatus. Idem etiam de ceteris Ducibus sibi rebellibus factum est. His peractis in Tusciam accersitus a factione Guelfa, itineri se accinxit (2) anno salutis LXX. supra millesimum Martio mense.. Ludovicus Galliae Rex cum tribus filiis contra barbaros transfretavit, hortaturque litteris ad tam felicem expeditionem Carolum, qui eo tempore (3) Bonenses debellarat, &

B eos

(1) *Villanius* habet, *Conradus* cognominatus *Caputus*, qui ex descendentibus erat Friderici Imperatoris. Vide *Cap. XXX. Lib. VII.* Mecatt.

(2) Expeditionem contra Saracenos fecit, antequam in Etruriam contenderet. Sic *Collenuccius*, *Costus*, *Villanius*, ceterique Historici; ideoque videntur Florentini per Caroli duces has victorias ex hoste retulisse. *Mecatt.*

(3) Bonenses, scilicet, homines Podii Bonitii. Sic habet *Villanius* *Cap. XXXVI. eiusdem Lib.* Mecatt.

eos Florentinis eorum hostibus vendiderat, qui eorum oppidum solo aequantes, aliud sub ipsius montis radicibus longe minori ambitu construxere. Qua tempestate nobilis Gambacurtarum familia ex Bonis oppido Pisas se contulerat (1). Ceterum Carolus Pisanis pacem cum Florentinis dedit, ut in Africam traiecturus Pisanorum opera uti posset. Quo item tempore Senenses apud Collem oppidum, a Florentinis quum discordarent, superati, magna ipsorum (2) clade fugati sunt. Thebaldus Navarrae Rex & Vgo Campaniae Comes, & Legatus Pontificis Ludovicum cum filiis (3) Massilia solven-

(1) In *Annalibus* ita habet: *Ceterum Gambacurtae Boncontique, ex oppido pulsi Pisas commigrarunt*. Lamius.

(2) In hoc conflictu magna Senensium clades facta est. Florentini enim cum Senensibus ob memoriam suorum civium, qui ad montem Apertum necati sunt, acerrimo odio certavere; & Provensanus Selvanius qui veluti Princeps Senensem urbem arbitrio suo regebat, quique totius exercitus Senensis cum Comite Guidone novello, qui salvus aufugit ad Podium Bonitium, ductor erat, occiditur; eique obtruncatum caput, infixumque in hasta per tota castra delatum est ad terrorem inimicorum. Vide *Villanium Cap. XXXI. Lib. VII.* Mecatt.

(3) Tres enim quos habebat filios Philippum, Ioannem, & Ludovicum Rex prius secum duxit in hac expeditione, comitantibus illum innumera Gallorum Pro-

ventem sequuti sunt. Qui ut Africam tetigere apud Tunesem mediterraneam urbem castra locant, depopulatique circum ea loca, Hipponemque usque, quem nunc Bonam dicunt, vastati fuere. Deinde collem, ubi olim Carthago sita erat, muniunt; ubi castris communitis aliquot mensibus consedere. Postea tamdem Augusto mense peste in eorum castris exorta, adeo atrox & vehemens fuit, ut Ioannes Ludovici Regis filius ex ea interierit. Interiit & Legatus Apostolicus Albanensis Episcopus, & plures alii. Ea item gravius increbrescente Septembris mense Ludovicus ipse mortuus est. Quumque ceteri Duces aegrotassent, Thebaldus Rex, & Isabella de Aragonia eius uxor, Alphonsusque Pictaviae & Tholosae Comes Drepanum delati interiere. Ludovico Regi Philippus filius successit. Inter ea Carolus compositis Etruriae rebus praeposuit illis Ruffum Anguillariae Comitem. Et deinde Pisanorum navigiis adiutus in Africam contendit: qui aeris intemperie, & peste perterritus, ceteris Christianis exercitibus suadet, ut pacem cum barbaris firment. Consensu omnis multitudinis dato, illis

 pax

Procerum turma; & Adoardo Regis Angliae filio cum magna Anglorum, Scotorum, Frisionum, Germanorumque caterva. Vide *Villanium* C.XXXVII. laudati Libri. *Mecatt.*

pax ea lege data ut utriusque partis captivi liberarentur, quorum ingens erat numerus; & ut (1) Rex Tunisi, tributi nomine, viginti millia aureorum quotannis Carolo penderet, impuneque liceret praedicantibus Christi nomen in Africa concionari. Postremo copiis in Siciliam traductis Philippus cum Rege ad Centum cellas in Etruriam adpulere, inde Viterbium. Diffidebant enim adhuc de Pontificis electione Patres, qui ab eorum rogati precibus Theobaldum Placentinum in Asia tunc agentem elegerunt, anno salutis MCCLXX. qui postea Gregorius X. dictus est, qui sedit annis quatuor. Transfetarat enim hic in Asiam cum Eduardo Regis Angliae filio cum ingenti classe iis ferme temporibus, quibus Ludovicus Rex in Africam traiecerat, ibique Regis adventum exspectabat; sed eius morte frustratus, dum Ptolemaide immoratur, ab Arsacida sibi familiari in suo strato tribus vulneribus impetitus obtruncatus fuisset, nisi ingentis animi vir eius Sicarii dextram adprehendisset, conclamanti-

(1) Res Tunisi Regis in magno discrimine erant, adeoque valde in hac pace firmanda Carolus vituperatus est; idque eius avaritiae tribuunt Historici; quamquam ob exitialem luem, quae exercitum florentissimum corruperat, nonnulli Scriptores aliqua ratione excusandum esse arbitrentur. *Mecatt.*

tique, & opem imploranti subvenere sui, ac Arsacidam interimere. Ipse deinde vulneribus curatis convaluit, Theobaldumque ab se dimittens muneribus auxit. Quo item tempore Henricus adolescens, Richardi Regis, Cornubiae olim Comitis, tunc defuncti filius ad novum Pontificem Viterbium venerat; ubi Guido de Monteforte adolescens cum Philippo Francorum Rege erat; ignarusque quod Anglicus ibi esset, ubi res divina in aede Divi Laurentii celebratur, interrogat quisnam esset? Quumque ille respondisset, se esse Henricum Richardi filium, a quo audierat quod Simon Pater in Anglia dolo necatus fuerat, nihil ultra sciscitatus, aut rei divinae, locive reverentia, aut adstantium permotus dignitate, illum interfecit, & ad (1) Ruffum Etruriae a Carolo praefectum confugit, qui sibi socer erat. Ob cuius facinoris audaciam multi a Carolo Duces defecere, quoniam ii ob Guidonis impunitatem hoc scelus in Regem conferebant. Postremo Philippus in Gallias, & Carolus in Apuliam concessere. Sed Carolus iampridem expulso Friderico Aragonio ex insula, Sicilia omni potitus est, ceterosque Gallos plerisque ferme civitatibus praefecerat, qui in novo imperio ex

(1) *Villanius* habet Ruffum. *Cap.* XL. *laudati Libri VII.* Mecatt.

armis laeti, omnis humanitatis expertes, ita eorum arbitrio rem administrabant, ut pro uno eiecto plures sibi tyrannos Siculi adscivisse viderentur. Potentia tamen Caroli & metus praesidii, quo tenebantur, eos in fide continebant; sed ipse quum Luceriam, cuius obsidio adhuc durabat, expugnare non posset, pacem iis dedit, maiorique tributo eis imperato, & transfugis Regi traditis, decessit; & per Marsos iter faciens Romam primo, inde Viterbium pervenit, iussuque Pontificis a Patribus coronatus est. Per ea tempora nixus est Pontifex Venetos cum Genuensibus pacificare; sed re frustra tentata contemta est Pontificis auctoritas, & Genuenses gravioribus odiis decertavere, quamquam Veneti ab Genuensium societate Palaeologum averterant, & cum eo inducias in quinquennium fecerant. Sed tamdem Philippo Rege Galliae intermedio, qui Cremonae, dum in Galliam proficisceretur, ob eam rem remanserat, pax utrisque populis data; de qua, dum Venetiis tumultuaretur, ob nonnullas eius pacis leges, quas quidem aegre ferebant, verebantur rem omnem ad tumultum dandam. Rainerius eorum Dux quum inconsulte prosiluisset lapide ab incerto auctore emisso capite ictus cecidit, & aliquot nobilium aedes direptae.

Tam-

Tamdem ſedato tumultu auctores laqueo ſubſpenſi, & plures in exſilium dati ſunt.

Laborabant Veneti ea tempeſtate frumenti inopia. Qui quum id magnis precibus a Ravennatibus, Tarviſinis, & Patavinis expoſtulaſſent, nec impetrare potuiſſent, nova Adriatico mari vectigalia impoſuere, ſtatueruntque decreto Senatus eas merces, quae inter Polas,& Venetias, adveherentur,ita demum in terras adſportari licere,ſi ſaepius Venetias adſportarentur; inde ſoluto vectigali, ubi decreviſſent negotiantes adveherent. Dati praeterea ad id cuſtodes, ne quid in fraudem legis fieret. Quae res finitimas civitates graviſſime adfecit. Fuit hic annus quo haec acta ſunt MCCLXXII.

Eodem anno Alardus Ieroſolymis rediens, quum Dux Amalphitarum, & Surrenti Dominus a Carolo crearetur, ſpreto munere apud Barulum aegritudine correptus interiit. Sepultus eſt humili monumento extra oppidum Divi Ioannis Ieroſolymitani cum ipſius imagine loricata, ſcutataque. Per id tempus Ioannes quidam Eremita vir ſanctitate vitae admirabilis nunciat Carolo futurum, & id quidem brevi, quoniam hic Conradinum necaſſet, ut partem ſui Regni amitteret. Quo item tempore Genuenſes quinque & viginti triremibus in Regnum Neapolitanum traiecti piraticam

exercentes omnem illam maritimam oram; quae ad Siciliam vergit, latrociniis infestabant.

Anno gratiae MCCLXXIII. Rodulphus Comes Assacii ab Alemannis in Regem coronatur, qui sedit in Imperio annis XIII. Et Philippus Galliae Rex movit contra Raimundum Frisiae Comitem, quem tãdem bello victum in carcerem trusit. Deinde sibi conciliatus ignoscendum censuit, & sibi sua restituit.

Bononienses quum vectigalium leges a Venetis statutas aegre ferrent, & bellum cũ iis agere animo induxissent, coeperant cũ Gallis Boiis milites scribere, praesidia sibi parare, nonnullos equitum Duces sibi adiungere, in quibus Bartholomaeus de Mangiadoribus compatriota meus cum equitibus centum fuit, complures que alii, ita ut in eorum exercitu plus quam quadraginta millia hominum fuerint, quibus tamdem Venetis bellum intulere. Triennio ferme ab iis varia utriusque populi fortuna certatum est. Tamdem victi praelio Bononienses pacem a Venetis ea lege impetrarunt, si castellum diruerent, quod ipsi in Padi ostio aedificaverant; & quarumdam mercium liberam eis adsportandi quo vellent potestatem promisere, modo Veneti custodiam ostiorum Padi haberent. Anconitani item

item ob eam legem indignati, quum decertare cum Venetis non auderent, querimonias ad Pōtificem detulere. Hic quum Venetis vectigal inhibuisset, responsum est a Venetis Pontificem earum rerum esse ignarum, nec de ea re liberam decernendi potestatem habere, ideoque eius inhibitioni non obtemperaturos.

Per ea tempora Baldovinus Imperatoris Constantinopolitani iampridem expulsi filius duxit uxorem Mariam filiam Caroli Regis Neapolitani. Interea Pontifex cum Carolo Florentiam concesserat, & Etruriae Gibellinos eorum civitatibus restituerat. Deinde Gregorius ad concilium Lugdunense se contulit, in quo Palaeologus interfuit, cum quibusdam Tartarorum nobilibus, qui ea in Synodo baptissati sunt. Electores Imperii, quum Rodulphum Alemāniae regem creassent in Imperatorem, is demum ita eum adprobavit, si ad diadema subscipiendum insequenti anno Romam veniret. Gibellini, qui a Pontifice, & Carolo restituti fuerant, quum Guelforum contumelias pati non possent, sponte exsularunt. Quod Pontifex aegre ferens Florentinis sacra interdixit. Illo item tempore Pisani seditionibus agitati Vgolinum Comitem eorum civem cum suae factionis primoribus urbe pepulerunt. Qui ad Floren-

rentinos, & Lucenſes confugiens ab his adiutus multa nefanda in ſuos cives graſſatus eſt. Bello deinde invaleſcente captus cum ſuis filiis in carcerem coniectus, fame necatur. Quidam volunt hunc non urbe pulſum, ſed proditionis inſimulatum cum filiis, ſqualore carceris, & fame, necatum.

Odoardus Angliae Rex Americum de Monfort Simonis filium, quem occiſum bello Anglico memoravimus, cum eius ſorore in mari cepit, quae Leonolino Galenſium Principi nupſerat, eoſque in carcerem coniecit. Ferdinando Hiſpaniae Regi vita functo, eius frater Alphonſus erga duos Blanciae Filios, quos Ferdinandus ex ea ſubſceperat, non ſervatis conditionibus peſſime ſe geſſit. Blanciae enim, quod dotis nomine datum fuerat, ademit, & ipſam cum filiis ex Hiſpania pepulit. Quae cum parvis filiis ad Philippum Galliae Regem fratrem confugit. Quo tempore oratores Regis Tartarorum ad eum venerant, foedus, & amicitiam ab eo poſtulantes, ſi in Syriam copias traieciſſet. Ii benigne ab eo ſubſcepti donatique, quum ad Odoardum Angliae Regem filiam expoſcentes proceſſiſſent, exploratores habiti ſunt, & parum fidei adhibitum illis fuit. Non multo poſt Leonolinus Regi Galliae bellum indixit, quia virginem, quam ſibi matri-

mo-

monio iungere ſtudebat, carceri truſerat. Indignati ob eam rem proceres, quum ſuccenſerent, virgo Leonolino reſtituta, & pax cum eo perfecta eſt.

Bononienſes Gibellinae factionis Aſinellos, Lambertacioſque eorum cives pepulere eo tempore, quo (1) Henricus Sardiniae Rex Friderici I. filius ferme ſeptuagenarius, & olim ab illis captus, in carcere obiit. Ceterum exſules Bononienſium a Forolivienſibus benigne ſubſcepti cum eorum familiis fuere. Bononienſes ob id inſequuti, quum ſe Ariminenſibus iunxiſſent, eis bellum intulere. Erant ea tempeſtate Bononienſes paene Romandiolae omni imperitantes. Qui contra Forolivienſes profecti, multitudini fidentes, apud urbem caſtra metantes, quum incompoſiti palanteſque & ſine cuſtodia vagarentur, eruptione a Forolivienſibus facta duo millia Bononienſium occidere, totidem paene captis. Qua clade ceterae eius Provinciae civitates erectae animis a Bononienſibus defecere; Cremaque, quae maximum illis vectigal pendere ſolita erat, excuſſo eorum iugo Venetis ſe dedit. Alphonſus Hiſpaniae Rex per id tempus apud Pontificem Romam redeuntem queri-

(1) *Villanius Cap. XLII.* ait obiiſſe menſe Martii anno MCCLXXI. & honorificentiſſime ſepultum fuiſſe Bononiae in Eccleſia S. Dominici. *Mur. att.*

rimoniam expoſuit, iniuriamque ſibi illatam ab eo queſtus eſt, quod Rodulpho Imperium, eius cauſſa non audita, aut exagitata, conceſſerit. Hic a Pontifice placatus diſceſſit. Pontifex pro moenibus Florentiae iter faciens, rogatus a civibus interdictum illis olim inlatum non ſubſtulit. Inde Arretium pervenit, ibique deceſſit; & non ſine miraculis eius cadaver fuiſſe creditum eſt; cui tamen Innocentius V. ſucceſſit in Pontificatu. Quo tempore Veneti item cum Genuenſibus decertarunt, & gravioribus ſe damnis adflictarunt; Florentinique a novo Pontifice reconciliati Eccleſiae Romanae bene parentes fuere. Innocentio VI. poſt menſem vita functo Hadrianus V. ſucceſſit. Is ut primum Pontificatum iniit, quo Caroli potentiam infringeret, quae nimis aucta videbatur Romam petivit, ubi Carolus erat, Rodulphumque Imperatorem litteris in Italiam accerſivit, qui Bohemiae bello implicitus venire diſtulit.

Ea tempeſtate Carolus Achaiae partem ſubſceperat, & Palaeologo bellum indixerat. Sed a Pontifice inhibitus ab eo abſtinuit. Non multo poſt Hadrianus quadrageſimo ſui Pontificatus die interiit, & in eius locum ſuffectus Ioannes XXI. qui Palaeologum admonuit, ni cum Eccleſia Romana ſentiret, Carolo Graecorum Imperium

ſe

se concessurum. Quo tempore Veneti navali praelio apud Anconam commisso ab Anconitanis superati sunt. Et eo anno Tiber fluvius magis inundavit solito, ita ut supra altare Divae Mariae Rotundae consecratum tres pedes aqua fluctuans excederet. Ioannes item octavo sui Pontificatus mense Viterbii interiit, & Carolo Pontificis electionem impediente, quia unum ex suis eligi volebat, ipse Senatoriam dignitatem exercens effecit, ut novi Pontificis electio in quinque menses differretur; & tamdem anno MCCLXXVII. Ioannes Caietanus electus, qui Nicolaus III. adpellatus est. Is fuit ex (1) Vrsi filiis oriundus. Hic primo sui Pontificatus anno, quo subspectam iam antea Caroli potentiam infringeret, Vicariatum Etruriae ei ademit sub praetextu, quod non alia ratione Rodulphum Imperatorem ad opem Christianis ferendam compellere posset. Et is proximis diebus Bononiam, Ravennam, & paene reliquas eius provinciae civitates Ecclesiae Romanae restituerat. Ad quas subscipiendas Bertholdum sibi ex fratre nepotem, quem etiam Romandiolae Comitem fecit, Latinumque Cardinalem alterum nepotem suum Legatum

in

(1) Idest ex Familia Vrsina. Nepotem etiam ex fratre habebat Vrsum nomine. Vide *Villanium Cap. LIV. Lib. VII.* Mecatt.

in Etruriam misit. Hic per omnem illam Provinciam Gibellinos exsules propriis aedibus reduci curavit. Pontifex qui solus officium Senatoris Romae administravit, Legatis Venetorum, qui Anconitanos gravibus damnis adfecerant, & Pontificibus non paruerant, aditum ad se denegavit. Moxque ex itinere revocatos, auditis eorum postulationibus (nec tamen admiserat) reiecit. Continuatum deinde cum Anconitanis bellum utrosque populos magnis adfecit incommodis; sed tamdem pax inter eos per Pontificem facta est.

Per ea tempora Bondarbar Soldanus Babyloniae, qui Antiochiam destruxerat, contra Tartaros ingenti cum exercitu movit. Praeliatum ab utrisque a mane usque ad vesperam ad internecionem paene utriusque exercitus. Neuter victor discessit, sed ambo victi, ipseque letaliter sauciatus per paucos dies moritur, cui filius successit. Sed diffidentibus Regni Ducibus, imperio patris pulsus est, & quum plures dominium occupassent, cruenteque inter se decertarent, plures ex iis interiere; tamdemque imperii summa ad Assur eorum gentis fortissimum delata est.

Erat Pontifici animus duos in Italia suae gentis reges creare, unum in Lombardia, & Tuscia, ut Germanos inde pelleret;

alterum in Regno Neapolitano, & Sicilia, ut ex Sicilia Gallos eiiceret. Praeterea suaserat per Legatos suos Petro Aragonio, ut Siciliam invaderet, tamquam sibi debitam iure hereditario Constantiae uxoris, ad quam merito spectare dicebat. Postremo vetuerat quemquam Senatorem Romae legi, qui regia dignitate polleret.

Anno gratiae octogesimo, & ducentesimo supra millesimum, Philippus Rex Franciae Alphonso Regi Hispaniae bellum intulit, & apud Gironam exercitum duxit. Belli caussa fuit, quia Philippi soror Blancia ab Hispano male habita a fratre auxilium postularat. Certatum vario eventu inter Hispanos & Gallos aliquamdiu fuit. Tamdem Gallorum victoria fuit, & id tamdem bellum Pontificis iussu sublatum est, dosque Blanciae restituta, & filiis etiam imperii pars. Nicolaus tertio sui Pontificatus anno, & nono mense, diem extremum clausit in arce Soriana. Ex quo Viterbienses in Conclave ingressi (sic enim adpellant locum ubi Pontifices creant) ubi Patres pro electione novi Pontificis facienda convenerant, qui ex eorum numero Vrsinae factionis erant in custodiam habuere.

(1) *Villanius* ait, Cardinales Matthaeum Russum, & Jordanem de Vrsinis Conclavi expulsos, & in car-

re. Propter quod vacavit sedes Romana mensibus quinque; & Sabellenses tumultu Romae excitato Vrsinos eiecere. Qui Praeneste cum omni eorum familia migravere; quintumque post mensem Martinus IV. qui (1) Simon vocabatur, Gallus genere Pontifex creatus est. Hic quia Viterbienses excommunicatos credebat propter vim Patribus inlatam, non passus est Viterbii se coronari; sed ad Vrbem veterem veniens ibi coronatur. Ad quem (2) Carolus quum proficisceretur, Senator ab eo creatus est. Ob eam rem multa in Vrbe Romanorum seditio facta, & aliquot aedes utriusque factionis incensae. Per id tempus Ioannes Mutius, vir ex nobilitate Romana haud contemnendus, populum Romanum in Viterbienses duxit, eorumque agrum late depopulatus, urbi castra adegit. Qua ex re Pontifex Martinum de Vrsinis Romam misit, qui discordiarum caussas e medio tolleret, Romanosque cum Viterbiensibus paci-

carcerem coniectos, eo quod Pontificis electionem impedientes, omnem, qui suae factionis non erat, in novum Pontificem exprobrabant. Vide C. *LVIII. Lib. VII.* Mecatt.

(1) *Villanius* habet: *Elessero Papa Messer Simone dal Torso di Francia Cardinale*. Mecatt.

(2) Carolus, ubi Nicolaus Pontifex Viterbii interiit, in Etruria erat. Sic habet *Villanius*, & *Costus*. Mecatt.

cificaret. Deinde Pontifex, Populo Romano indignante ex Caroli magistratu Senatorio, concessit Romanis, ut duo cives Romani Senatorem quem vellent eligerent; & electi sunt ab Romanis Annibal Annibalis filius, & Pandulphus Sabellus. Sub quorum magistratu multa nefanda, caedesque, impune patrata.

Iisdem temporibus Galli milites a Carolo in Romandiolam & in Patrimonium missi ad res Ecclesiae Romanae tuendas, & ut Guidonem (1) Montis Feretri Ecclesiae rebellem bellis lacesserent, quia complures Ecclesiae Romanae terras in Romandiola occuparat.

Mense Februario insequentis anni apud Vrbem veterem piscis marinus captus, qui caput illaqueatum sentiens horrenda voce mugitum flebilem misit. Quod praesagium fuit eorum, quae postea sequuta sunt. Nam orta ibidem seditione inter oppidanos, & Gallos, multi ex utraque parte cecidere. Plures tamen ex Gallis caesi; quod futurae ipsorum calamitatis praesagium fuit. Quo etiam tempore Graeci non servantes

(1) Missi fuere sub Ioanne de Appia, Italice *Gianni de Pa*, quem Martinus Pontifex Romandiolae Comitem creavit, ut Guidonis Montis Feretri aliorumque Gibellinorum impetum cohiberet. Vide *C. LXXX. Villanii Libro VII.* Mecatt.

Ecclesiae Romanae unionem, quum Palaeologi suasu rebelles Pontifici facti essent, interdictum adversus ipsum publicatum est, dataque per Pontificem Carolo potestas imperium Graecorum invadendi, quod ipse non invitus subscepit, tum ob recentes illius iniurias, tum ob contumeliam prius ab eo susceptam. Namque Palaeologus, ut meminimus, Graeciae propulerat imperio Baldovinum, cui Carolus filiam desponsarat. Et quamquam pacificati, non tamen iniuriarum, & odii caussae sublatae fuerant.

Erat ea tempestate apud Palaeologum (1) Ioannes Prochyta, olim Manfredi Me-

(1) Ioannem de Prochyta non vulgarem hominem, neque Medicum fuisse adserit *Costus* aliique Historici, quibus impossibile videtur huic succedere potuisse, ut Siciliae insulam in rebellionem duceret, & ut ei Palaeologus Imperator, Petrus Aragoniae Rex, & Nicolaus Pontifex, fidem haberent. Quare ex Dominis Insulae de Prochyta eum faciunt. Quod quidem confirmat *Fasellus* Rerum Siculatum Scriptor *Lib. VIII. Decad.* 2. ubi ait: *Erat eo tempore in Sicilia Ioannes Prochyta, Prochytae insulae olim Dominus, &c.* & inscriptio quaedam lapidaria, quae Salerni servatur in aedicula Familiae de Prochyta, & quam refert *Costus* in adnotationibus ad *Collenuccii* Historias *Lib. V.* quae sic habet.

A. D. MCCLX. Dominus Manfridus Magnificus Rex Siciliae, Domini Imperatoris Friderici filius, interventu Domini Ioannis de Procida magni civis Salerni

Medicus, Regique infensus, quia victo Manfredo, illum omnibus bonis exspoliarat. Qui quum intelligeret Caroli animos, caussasque irarum ea pace non sublatas esse, sed ad tempus sopitas, suadet Palaeologo, quoniam pro comperto habebat Siculos omnes Gallis esse exosos, & eos foedere Imperii facile ad rebellionem impelli posse, si eis aliqua subsidii spes esset aliunde oblata, Imperatorem ad ea percipienda adtraxit. Habere se dicebat veteres in Sicilia Manfredi amicos, clientesque complures, & quidem primarios civitatum viros, quibuscum parvo labore tantam rem, quam intendebat, se confecturum fidebat. Esse praeterea in Hispania Petrum Aragonium, qui Constantiam Manfredi filiam duxerat, Caroloque non bene conciliatum, ad quem hereditario iure insula, & omne Regnum Neapolitanum delegatur. Quem facile ad id incoeptum cum ex hac re movere posse credebat, tum etiam quia Carolo infensum sciebat, quia hic Henricum adfinem suum, quem post Conradini conflictum a Reatinis captum memoravimus, duabus vinctum catenis servabat in carcere. Habere ipsum classem instructam, paratamque, & Pisanos

ni, Domini Insulae Procidae, Tramonti, Caiani, & Baroniae Pistilionis, ac ipsius Domini Regis socii, & familiaris, hunc portum fieri fecit. Mecatt.

nos veteres Manfredi amicos Carolo ob recentes iniurias infenſos, quorum opera uti poſſet. Ad haec praeterea dicebat eſſe in Lombardia, & per omnem fere Etruriam, complures nobiles, potenteſque Gibellinae factionis Carolo infenſos, quos haud dubitabat magno exercitu ſibi opem laturos, & praeſertim Romanos, quos Regis potentiae maxime pigebat. Separatum ad ea exſequenda ſe mitti. Si ſibi non adverſaretur ſponte ſua id facturum. Haec quum Imperator accepiſſet, remque facilem factu ratus, cum litteris illum dimittit ad ipſum Petrum Aragonium, Piſanoſque, & alios Siciliae nobiles, ad quos Prochyta ſcribendum eſſe cenſuerat, quibuſcum deinde in Siciliam veniens veteres adiit amicos Alanum de Lentino, Palmerium Abbatem, Gualterium de Calatagirona, & alios praeterea, quos ſibi fideles, opportunoſque credebat. Qui poſtquam ea accepere, quorum gratia Prochyta venerat, etſi ipſi per ſe ſe id maxime optabant, tamen quia rem factu arduam exiſtimabant, plerique poſtulavere quibus auxiliis, quaque ſpe, id fieri poſſet. Tum ille Imperatoris litteras eis reddit, multaque fingit, quibus ad tantum facinus illos impellere poſſe rebatur. Praeterea edocet eſſe Imperatori ſuo cum Petro Aragonio foedus, & cum eo

ſen-

ſentire multos alios. Nominavitque complures alios eius rei ignaros, quos auctis animis eorum moveri poſſe credebat; Quid multis moror? Adſentiuntur Prochytae omnes, & data fide illinc abiere feſtinans ad oſtia Tiberis delatus ad (1) Pontificem pergit eius mentem exploraturus. A quo benigne ſubſceptus, nihil horum Pontifici palam faciens, abiit. Inde Piſas, & poſtremo Genuam, pervenit. Ibi cum veteribus amicis, quae intendebat, aperuit, & ſpei plenus ab eis diſceſſit, & poſt paucos dies in Hiſpaniam properavit, litteriſque Imperatoris ſui Petro oblatis, quis eſſet, & qua gratia ad eum acceſſerit, expoſuit. Rex quamquam avidus erat contra Carolum bellum gerendi, tamen ſpatium ad eam rem penſandam accepit. Conſulit deinde uxorem amicoſque, a quibus incitatus, ac etiam quia in Carolum, de quibus ſupra meminimus, odiis incenſuerat, primo vere claſſe in Siciliam profecturum Prochytae pollicetur, datque ei litteras ad Imperatorem, & pleroſque, quibus Prochyta Imperatoris litteras reddiderat; quibuſcum primo Piſas, inde navigio conducto, in Siciliam rediit. Confirmatis amicis,

(1) Ideſt ad Nicolaum III. nondum enim e vivis deceſſerat, quando haec ab Ioanne de Prochyta facta ſunt. *Metatt.*

re ad Palaeologum expofita, iterum in Etruriam redire iuffus, ut veteres amicos in fide contineret, novofque fibi adiungeret, eaque curaret, quae fibi ad tantam rem perficiendam utilia fore credebat. Is primo Meffanam, & poft Drepanum perrexit, quo facilius Don Petrum de omnibus quae egiffet redderet certiorem, atque illum ad traiiciendum copias in Siciliam hortaretur. Per ea tempora pridie Kalendas Maii Ioannes de Appia, quem contra Guidonem de Monteferetro miffum a Pontifice diximus, fuburbanum Forolivii cepit, & tota nocte ibi pugnatum, prima luce etiam pari voluntate praelium inftauratum, acre & diu anceps fuit. In quo Tadhaeus Comes(1), qui Pontificis partium erat, cum quingentis Gallis caefus eft. Ex hoftibus MD. defiderati. Id praelium tamdem noctis interventu diremtum, & pari voluntate a pugna (2) ceffatum eft. Quo tempore Solda-

(1) Comes Montis Feretri, qui ob controverfias habitas circa fuae ditionis fines cum Comite Guidone de Monte Feretro diffentiebat, & Pontificis partes fequebatur. Vide *Villan. Cap. LXXXI. Lib. VII.* Mecatt.

(2) Hoc non refert *Villanius*. Quin imo exercitum Pontificis adeo debilitatum fractumque in hoc conflictu praedicat, ut Pontifex novas copias ad Ioannem mittere coactus fuerit. Vide laudatum *Caput*. Mecatt.

danus Babyloniae fugatus a Tartaris quinquaginta millia ex suis amisit. Mox maiore vi Tartaros adgressus illos in fugam vertit. Triginta millia ex iis caesi fuere. Deinde Soldanus Tartaros fugientes ad quintam usque diem insequutus supra quadraginta hominum (1) millia occidit. Eo tempore solemnis inquisitio facta est de vita Regis Ludovici. Et Luchinus Maffaeus, & Iohannes Vicecomes Germani, Turrianos (2) gentem nobilissimam Mediolano expulere. Et Henricus ab Rodulpho Vicarius in Etruriam missus ad Miniatenses se contulit, provocationes totius Etruriae cogniturus, unde Florentinos imperio eius rebelles, & Lucenses cum equitibus Germanorum, & oppidanis (3) vexabat, Pisciamque oppidum in Valle nebulae situm vi captum diruunt. Perusini per id tempus contra Fulgi-

(1) Totum hoc factum esse proditione Mangodamoris, qui Tartarorum Regis nepos erat, narrat *Villanius* ad *Cap. LXXXII. Lib. VII.* Mecatt.

(2) Vide *Villan. Cap. LII. Lib. VII.* Mecatt.

(3) Sic de eo habet *Villanius Capite LXXVIII. Lib. VII. Non trovò nulla terra, che 'l volesse ubbidire, se non la Città di Pisa, e Samminiato del Tedesco: e nel detto Samminiato colle sue masnade, e col favore de' Pisani, cominciò guerra a' Fiorentini, e Lucchesi, e altre terre Guelfe d'intorno. Alla fine per poco podere, e seguito s' acconciò co' Fiorentini, e con gli altri Guelfi di Toscana, e tornossi in Alamagna.* Mecatt.

ginates profecti eorum urbe potiti sunt, parteque murorum deiecta, a Pontifice interdicuntur, pauloque post amicitiam eius auro redimentes illum Perusii recepere. Mittitur inde ab eodem Guido Gallus in Flaminiam ad res Ecclesiae tutandas. Qui Foroliviensibus adversus eorum suburbium incendit, multisque eos & magnis adfecit incommodis. Quo tempore quum Galli nefariis adficerent Siculos contumeliis, evenit ut quidam ex iis Panhormi quamdam mulierem nobilem per vim adorsus, quum ab eius viro, & adfinium turba tumultus exoriretur, gladio a multitudine se defendens mulierem obtruncaret. Iam machinata erat Prochytae coniuratio, litteraeque ad Don Petrum missae, statutumque ut ad campanae sonitum Siculi omnes contra Gallos insurgerent, illosque obtruncarent. Ea contumelia Prochyta permotus tempus venisse peropportunum ratus rem accelerat. Etsi Aragonius non venerat, tamen conclamatum ad arma in urbe est, & Galli omnes qui Panhormi erant, occisi. Posthaec Prochyta repente Messanam profectus excitatis hortatisque ad caedem civibus, & ipsos obtruncant. Caesi sunt uno die per totam insulam Gallorum duodecim millia, etsi quidam minus caedis commemorant factum fuisse. Pro quo scelere, quoniam plures
in-

innoxios interemissent, insequentibus annis a Pontifice excommunicati veniam quum postulassent, ita demum & ea lege impetraverunt, si quarta Feria carnibus abstinerent. Erat ea tempestate Carolus apud Luceriam, ibique castra habebat. Qui postquam de Siculorum rebellione certior factus est, relicta ibidem exercitus parte in Calabriam festinavit. Classem Brundusinam, quam contra Palaeologum paraverat, Regem subsequi iussit. Petiit praeterea Florentinorum auxilia, qui quingentos equites sibi misere, & a Pontifice Legatum cum potestate accepit. Quibus in navibus impositis in Siciliam transfretavit, & haud procul Messana castra habuit; misitque decem triremes Melatium, quia ab ea parte insulae Messanensibus auxilia mittebantur. Cuius milites, quos in littore exposuerat, Messanensibus inexploratis itineribus obvii facti sunt, & hi a Caroli militibus fugati mille ducenti ex iis desiderati fuere. Qua clade perculsi cives mittunt oratores ad Regem & ad Pontificis Legatum ut eo intermedio se Regi conciliarent. Idque fecisset; ni Galli caedis avidi ad ultionem acrius fuissent intenti; & Carolus nimia insolentia Oratores reiecisset. Prima sui exercitus legio Florentinis data ab ea parte urbis, quae moenibus nudata erat. Ceteri per portas

ei-

divisi moenia adoriuntur; iique magna vi a civibus expulsi nocte insequenti iterata legatione ad Pontificis Legatum eam quam possent conditionem, salvis civibus, accepturos postularunt. Haec tamen legatio eadem insolentia a Carolo reiecta. Interea obsessi moenia instauraverant ab ea parte, qua muro nudata erant, custodiaeque acrius intenti per aliquot dies fuere; in quibus ab oppugnatione cessatum.

Iamque Don Petrus cum decem triremibus, & octo navibus Drepanum venerat die ultima Augusti, & decimam post diem terrestri itinere Panhormum concessit ab omnibus iis benigne susceptus, & ab Episcopo Cephaldulensi coronatur (1). His peractis convocantur ad concionem Insulani proceresque; hortatur rogatque eos Rex ut doceant quo maxime modo contra hostem eundum sit, & Messanensibus subveniri possit. Ii primo consulunt, ut ex suorum numero militem aliquem deligat, quem ad Carolum mittat, nuntiatum se mirari quod iustis ex caussis rebellantibus Si-

(1) Convenit hoc cum eo quod refert *Villanius Cap. LIX. E a grido di popolo fu fatto Re, salvochè non fu coronato per lo Arcivescovo di Monreale, come si costumava per gli altri Re, perciocchè si era partito, e itosene al Papa, ma coronollo il Vescovo di Ceffalù, una picciola terra di Cicilia, ch' era rubello del Re Carlo.* Mecatt.

Siculis insulam obsederit, & non desistat ab oppugnatione Messanae, & quod eum conscientia scelerum suorum movere deberet(1). Simul quoniam ab Insulae cultoribus ipse ac-

(1) Iuvat hic Epistolas, quas sibi Reges invicem conscripsere, in medium adferre, & quas habet *Villanius Cap. LXXI. & Gap. LXXIII. lib. VII.*

Lettera, che mandò lo Re Piero d' Araona, allo Re Carlo.

Piero d' Araona, e di Cicilia Re, a te Carlo Re di Gerusalem, e di Proenza Conte, significando a te il nostro avvenimento nell' Isola di Cicilia, siccome nostro giudicato Reame per autorità di Santa Chiesa, e di Messer lo Papa, e de' venerabili Cardinali. E però comandiamo a te, che veduta questa lettera ti debba levare dell' Isola di Cicilia con tutto tuo podere e gente, sappiendo, che se nol facessi, i nostri cavalieri e fedeli vedresti di presente in tuo dannaggio, offendendo la tua persona, e la tua gente.

Lettera dello Re Carlo, allo Re Piero d' Araona.

Carlo per la Dio grazia di Gerusalem, e di Cicilia Re, Prenze di Capoa, d' Angiò, e di Foleacchieri, e di Proenza Conte, a te Piero d' Araona Re, e di Valenza Conte. Maravigliamci molto, come fosti ardito di venire sul Reame di Cicilia, giudicato nostro per autorità di Santa Chiesa Romana. E però ti comandiamo, che veduta questa Lettera ti debba partire del Reame nostro di Cicilia, siccome malvagio traditore d' Iddio, e di Santa Chiesa Romana. E se ciò non facessi disfidianti come nimico, e traditore. E di presente ci vedrete venire in vostro dannagio, perocchè molto desideriamo di veder voi, e vostra gente con le forze nostre. Mecatt.

accerſitus ſit ad ſubſcipiendam Siciliam, quam iure hereditario Conſtantiae uxoris ad ſe adtinere conſtabat. Proinde ut de ſuis finibus propere diſcederet. Quod ſi facere recuſaſſet bellum ſibi indiceret, in quo ſperabat ſe ſuperiorem futurum, & Deum omnia cernentem ſine iniuſtitia cauſſam tutbturum. Hoc nuncio ſubſcepto, Carolus ſe magis mirari reſpondit, quum ipſe Siciliam invaſiſſet, & eo quod adfinis nulla cauſſa ſubſiſtente contra eum moverit. Proinde ut ipſe inſula decederet; nunciumque aſpernatus obſidionem continuabat. Don Petrus etiam a Carolo increpitus, quod adfinis Regnum & propinqui ſui, non prius denunciato bello invaſiſſet, idque, ut verbis illius utar, contra honorem & decus ſuae dignitatis, nec ex more Regio feciſſet. Cui Don Petrus reſpondit ſe Principem miſericordem, rogatum ab ſuae uxoris populo tot iniuriis adfecto, non potuiſſe ſua dignitate ſalva opem ſupplicanti denegare, quum ſciret Conradini morte ad Conſtantiam coniugem ſuam iure hereditario Siciliam adtinere; & quod ingreſſu Siciliae (ut verbis litterarum utar) vel in alia re quam fecerat, nihil commiſit unde ſua legalitas minus valeat, vel verecundiam habere debeat. In Curia Romana, vel coram alio iudice competenti id ſe paratum oſten-

de-

dere, atque armis tueri. Multiplicatisque ab utrisque iurgiis, placuit ut singuli cum centenis militibus decertarent, ipsique duo reges rem hanc duello terminarent. Electi deinde sunt ex Caroli parte, qui litem duello dirimerent, Iordanus de Insula Vicecomes, Iacobus de Verona, & quidam alii. Ex parte vero Don Petri, Guillelmus de Castronovo, Rodericus de Luza, Petrus Querati, Rodulphus Emmanuelis de Drepano, & Iudex Rinaldus de Iunogiis de Messana, ut in commissione Regis Caroli illis data latius patet, quae Regi data est die XXVI. Dec. MCCLXXXII. Electus fuit ab illis locus pugnae apud Burdegalum sub Odoardo Rege Angliae utriusque partis adfine, ubi duo Reges cum suis convenirent. Interea Rogerius de Oria praefectus classis Don Petri, Caroloque rebellis; nam Calaber erat; ideoque eum Caroli rebellem vocant, quod contra Carolum arma sumere auderet; contra hostem missus Messanam petens commeatus, qui ad Regem e Calabria deferebantur, & multas naves onerarias, intercepit. Quo timore perculsi Calabri commeatus adsportatione abstinebant. Quae res effecit, ut Rex Messanae obsidionem relinquere sit coactus & in Calabrias redire. Eo maxime modo Don Petrus Arago nullo prohibente omni Sici-
lià

lia potitus Messanam ingressus est, nonnullasque Caroli triremes in portum iniectas cepit. Nonaginta onerarias hostium adgressus, quae haud procul a Rege erant, incendit. Ex quo factum est, ut Rex Siciliae recuperandae spem omnem abiecerit; quoniam numquam postea insequentibus annis, nisi nostra memoria, Alphonsi temporibus, a Regibus Neapolitanis tentatum est.

Per id tempus Martinus IV. in Pontificem electus erat, & Tartari Babylonios superarunt (1) Carolusque Caroli filius Salerni Princeps quinque cohortes ex Narbona, Galliaque conscriptas in Regnum Neapolitanum misit. Et Constantia Don Petri uxor in Siciliam accita transfretavit. Quo item tempore Etrusci Caroli praesidio destituti a Gibellinis male habiti, namque Arnolphus (2) Miniatensium praefectus a Ro-

(1) *Villanius Cap. LXXXIV.* ait, Carolum Salerni Principem Florentiam pervenisse Mense Octobris anno MCCLXXXII. & die XXIV. Novembris eiusdem anni Florentiam venisse Alansonis Comitem Philippi Regis Galliae fratrem cum instructis equitum, procerumque Gallorum turmis, quas Rex Carolo ad Siciliam recuperandam in auxilium mittebat. Quum hic Carolus Florentia transiret tres ex Bondelmontium familia equites creavit. Sed statim discessit, & ad Pontificem se contulit. *Mecatt.*

(2) Miror cur hoc *Villan.* diligentissimus Historiarum sui temporis Scriptor silentio praetereat. *Mecatt.*

a Rodulpho Imperatore immissus, adiuvantibus oppidanis, praesidio etiam Senensium & Pisanorum fretus, contra Lucenses & Florentinos belligerabat. Ceterum Carolus Salerni Princeps qui (1) Florentinis praesidio venerat, in Regnum Neapolitanum a patre accersitus, a (2) suis desertus, captus in ipso

(1) *Villanius* antea dixerat Arnolphum Rodulphi Imperatoris Vicarium re infecta in Alemaniam rediisse, eo quod Florentini, ceterique Etruriae populi, sua iussa facere recusassent, & ille ob pecuniae militumque defectum eos cogere non poterat. Quare mirandum est cur Bonincontrius scribat Carolum in praesidium Florentinorum venisse, quum memoratus *Villanius* adfirmet *Cap. LXXXIV.* statim Florentia discessisse. *Mecatt.*

(2) Ipso pugnae initio a Surrentinis derelictus est. De quibus haec *Villanius* narrat *Cap. XCII. Lib. VII. Avvenne, che fatta la detta sconfitta que' di Surienti mandarono una loro galea con loro Ambasciadori a Messer Ruggieri dell' Oria con quattro cofani pieni di fichi fiori, i quali e chiamano Palombole, e con dugento Agostari d'oro per presentargli al detto Ammiraglio, e giugnendo alla Galea di Messer Ruggieri ov' era preso il Prenzè, e veggendolo riccamente armato con molti Baroni intorno, credendo fosse l'Ammiraglio si lì inginocchiaro a' piedi, e fecergli il detto presente dicendo* „ Messer Ammiraglio, come ti chiace da parte del Comuno di Surienti prendi quissi Palombola; e prendi quissi Agostarii per un taglio di „ calze; e plazesse a Deo, com' hai preso lo figlio, havessi lo patre „ *Il Prenze con tutto suo dannaggio uden-*

ipso itinere haud procul (1) Neapoli a Rogerio de Oria Praefecto Classis Don Petri, et ad Coustantiam in (2) Siciliam delatus, deinde in Arahoniam ad Don Petrum missus in carcerem coniectus est. Is eo pro duello indicto properaverat. Carolus Rex in Guasconiam profectus Ioannem Guillelmum Provinciae Marescalcum adiens se se produello terminando advenisse, Pe-

trum-

udendo questo cominciò a ridere, e disse all' Ammiraglio,, Per lo Sant Dio, che sont bien leal a Monsegnor le Roy,, Hoc quidem notat *Villanius* ad significandum quantum fidei, & quantum amoris erga suum Principem olim fuerit in incolis Neapolitani Regni. Vide idem *Cap.* Mecatt.

(1) Captus fuit in navali pugna prope Neapolim, eo quod provocatus ad praelium a Rogerio de Auria, contra iussa Patris, qui ingenti classe ex Provincia solverat, & Neapolim veniebat, eique pugnare prohibuerat, ira accensus, certamen nihilominus inire voluerit. *Mecatt.*

(2) Nam Petrus Aragoniae Rex in Catalaunia erat, ideoque Carolus ad Constantiam Aragonii Regis uxorem, quae in Sicilia erat, mittitur. Haec quum Carolus a Siculis morte damnaretur, tam crudelis exsecutionis sententiam totis viribus impedivit, misitque illum in Catalauniam ad Regem maritum suum, ut de eo quod satius fuerat decerneret. Quod quidem optimo consilio factum fuisse, notant Scriptores. Plurimum enim periculorum & Aragonio Regi, suisque filiis, ab hac morte derivari potuisse animadvertunt Historici. *Mecatt.*

trumque Aragonium expectaturum. Ceterum paucis ante diebus Guillelmus, ut accepit (1) Philippum Regem Franciae eo esse venturum cum ingenti militum multitudine veritus ne Adoardi Regis Angliae dignitate servata cuius nomine ipse duello praeerat,& provinciae, Don Petrus ibi in tuto non esset, metu sibi in instanti incusso coegit eum abire. Sed sunt qui adfirment Petrum ea nocte accessisse incognitum, & a Guillielmo item sibi metum immissum, duellique mentionem omissam. Alii adfir-

(1) Cum Carolus Parisiis discesserat, Philippus Franciae Rex Burdegalam se contulerat ut duello interesset, quod cum Petro Aragonio, & Rege Carolo committendum erat. Inter centenos equites quos uterque Rex secum ducere debuerat, & cum quibus ab utroque pugnandum erat, plurimi proceres, Ducesque militaris artis peritissimi sese obtulere. Nam Carolo plures ex Gallis, ex Provincia, ex Alemania, ex Italia, & ex Florentia urbe plures suum nomen dedere. Itidem cum Petro ad pugnam accedere desiderabant plures suorum Regnorum Duces, ex Hispania aliquot, & ex Italia etiam Gibellinae factionis non pauci; nunnulli etiam Germani ex Sueviae domo ob acceptam a Carolo in Conradino iniuriam. Sed quod pluris est se se obtulit Petro Aragonio ipse filius Saracenorum Regis, promisitque, si inter praeliantes Aragonii Regis adscriberetur se Christianam Religionem amplexurum eodem ipso die, quo pugna erat committenda, Vide *Villan. Cap. LXXXV. laud. Lib. VII.* Mecatt.

mant ad diem advenisse designatam, armatumque, equoque insidentem, repente in theatrum adparuisse, Carolumque adpellasse, qui quum illius adventum desperasset, nec ibi adesset, cautione publica eius rei adsumta, in Siciliam rediisse. Nos id parum pro comperto habemus, nec invenimus ex pactione prius acta illum centum cum militibus ad constitutam diem unquam venisse. Quae res eum non excusat, nec efficax videtur ad purgandam eius ignominiam, quae postea sibi a Carolo inlata est. Ceterum Carolus certior factus de iis, quae Carolo filio acciderant, & de Don Petri discessu, in Provinciam rediit. Fuit hic annus salutis, quo haec acta sunt, tertius & octuagesimus supra ducentesimum & millesimum. Pontifex quum adsensum duello accomodasset, Don Petrum excomunicavit, Regnisque privavit. Quam excommunicationem ipse parvi faciens, non solum sua egregie tutatus est, sed in Calabriam hostiliter ingressus, plura eius Provinciae oppida civitatesque occupavit. Ob quod missus fuit a Pontifice in Regnum Neapolitanum Gerardus Parmensis cum Legatione. Is erat Princeps ex numero Patrum, cui absente Rege Regnum obtingebat. Hic etiam Cruce signatos in Aragonenses induxit, aeterna praemia illis pro-

mit-

mittens, & omnium peccatorum remissionem eis, qui arma contra Don Petrum sumerent. Reconciliatusque tamdem Pontifici absolutionem interdicti ea lege obtinuit, ne se amplius Regem adpellaret. Qui ut eam vitaret ignominiam se militem tantum, & trium filiorum Regum Patrem (1) inscribebat Aragoniae, Siciliae, & Sardiniae, quae regna ipse pridem filiis commendarat. Eodem tempore Rubeus Tusciae Comes, qui erat Socer Guidonis de Monforte obierat. Ob cuius mortem Guido Pontificis auctoritate cum una Gallorum legione ab Vrbino, ubi Romanus exercitus erat & Pontificis, discedens, in Tusciam se transtulerat vi contra Fridericum & Antonium Comites Sanctae Florae, ut bona suae uxoris (fuerat enim ex iisdem gentibus) subsciperet. In eum ob eam rem societatem & foedus inde percusserunt Sancti Florenses cum Comite Anguillariae, ut se, & sua, a Guidonis potentia tutarentur. Coactisque deinde ab utrisque maioribus copiis concursum est ab iis sub Macciano oppido. In qua pugna Guido superior factus plura ex hostium agro castella occupavit.

(1) *Villanius Cap. LXXXVI.* ait: *Ma il detto Re d' Araona per leggiadria si fece intitolare Piero d' Araona, Cavaliere, Padre di due Re, e Signore del mare.* Mecatt.

Ceterum post Guidonis Vrbino discessum Landulphus Iuvenacii Comes, qui exercitui Romano praeerat, incautius Vrbinates adgressus lapide ictus cecidit, suique omnes amisso Duce in fugam versi ingentem calamitatem accepere.

Erat ea tempestate inter Genuenses, & Pisanos, bellum ob nonnullas dissensiones propter Corsicae Insulae possessionem exortas, quam utrique suam adfirmabant. Quae adeo in longum venere continuatis inter se certaminibus, & iurgiis, ut neutra pars eo bello laeta aut incruenta discesserit. Plures enim Pisanorum triremes submersae; & duae Genuensium naves cum ipsis hominibus incensae fuerant.

Eo tempore (1) Ruffus Anguillarius in Etruria obierat, & eius gener Guido Pontificis iussu castra Viterbii adegerat. Namque erecti Viterbiensium animi propter pugnam male apud Vrbinum habitam, a Pontifice desciverant. Interea Carolus ex Neapoli in Apuliam profectus apud Foggiam febri correptus septimo Idus Ianuarii interiit anno salutis (2) MCCLXXXIV.

Nea-

(1) Alio loco habet Russus; *Villanius* etiam habet Russus. *Mecatt.*

(2) Florentinum morem videtur sequutus quia etiam *Villanius* habet MCCLXXXIV. die septima Ianuarii. *Mecatt.*

Neapoli sepultus. Huius Regnum magna Pontificis diligentia, & eius Legati per Comitem (1) Atrebatensem conservatum est, quem Pontifex cum equitum praesidio eo immiserat. Ceterum Carolus priusquam vita discessisset Gualterium Rieonem Licii Comitem crearat; Rogerium Sanctum Severinum Marsici; Petrum Ruffum ex ea Rufforum familia, quam ex Gallia secum duxerat, Comitem Patanzari, pluresque nobiles, quos sui itineris socios habuerat honoribus auctos, & dignitatibus insignitos reliquit, testamentoque parvulum filium Salerni Principem heredem universalem instituit, quem captum in Aragonia observari a Don Petro memoravimus. Praeterea Boamundum Vrsinum Nolae Comitem dixerat.

Eodem tempore Philippus Franciae Rex belli Petro Aragonio indixerat. Namque Pontifex Aragoniae Regnum Philippo filio suo natu maiori concesserat, ob eamque rem Carolum Caroli filium in vinculis tenebat, quem neque pretio, neque

(1) Sic habet *Villanius Cap. XCII. Venne poi per Guardiano, e difenditore del Regno Ruberto Conte d' Artege suo Cugino con molti Cavalieri Franceschi, e con la Prenzessa, e col figliuolo del Prenze Nepote del Re Carlo, il quale per lui ebbe nome Carlo Martello, ed era in età di dodici in tredici anni*. Mecatt.

Pontificis monitu, dimittere volebat. Accersitur ob id a Don Petro Rogerius de Oria, qui suae classi praeerat. Hic ut primum incompositas Caroli naves, quae Philippi praesidio venerant, vidit, illas invasit. Erant enim naves triremesque fere quadraginta quas de Oria cepit, incenditque omnes praeter triremes. Inde depositis in continenti militibus se Don Petro coniunxit, invaduntque pari voluntate hostis castra. In ea pugna, etsi cruenta fuerit quia Galli multitudine militum abundabant, tamen ad postremum Don Petrus superior factus, fugatique Galli, & plerique victores Duces in ea pugna cecidere, inter quos ipse Don Petrus, qui testamento Aragoniam Alphonso filiorum natu maximo, Iacobo Siciliam, Friderico Sardiniae regnum reliquit.

Philippus post pugnam male habitam classe item amissa, quum commeatus inopia laboraret, Regno Aragoniae discessit, & in transitu Alpium ab Aragonensibus invasus plures ex suis amisit, pauloque post interiit apud Perpinianum Idibus Octobris, cui successit Philippus filius de Isabella Regina natus, quae Don Petro Aragonio soror fuerat.

Iisdem ferme temporibus Martinus IV. moritur, & in eius locum suffectus Iacobus Sabellus, qui Honorius IV. dictus est. Hic

e con-

e contra Iacobi Aragonis partium factus egregie eas tutatus est.

Pandulphum deinde fratrem in Magistratu Senatorio confirmavit, & postremo Romam venit. Fuit hic annus salutis MCC LXXXV. ad Kalendas Aprilis. Primo sui Pontificatus anno Guidone Feltrano deiecto, fugatoque, omni agro paene Flaminio potitus est.

Per ea tempora Rodulphi praefectus in Etruria exactionibus intentus subditos eius regionis Imperatori suo infensos reddidit, & magnis adfecit incommodis. Deinde, auro qui se redimere volebant inultos reliquit, & tandem valde pecuniatus in Alemanias rediit, fidosque illos Imperatori suo pronuntiavit qui pluris se redemerant. Isque vir auri cupidus voluptati magis, quam decori suo, aut dignitati consulens exegit a Lucensibus viginti millia, a Miniatensibus, & a Pisanis decem millia, a Florentinis item, & Senensibus, parem iis numerum; sicque sub libertatis specie eos bene multatos reliquit. Quo tempore Florentini sex cives in Magistratu bimestri creavere, quos *Priores Artis* adpellavere, & non multo post, quasi Consulis loco unus electus est, quem *Iu-*

 sti-

(1) *Villanius* habet MCCLXXXVI. ad Kalendas Aprilis, die Dominico. *Mecatt.*

stitiae Vexilliferum dixere. Ea tempestate classis Genuensium cum Pisana haud procul ab Arni ostiis apud insulam Meloriam cōflixit. In qua pugna quadraginta novem triremes Pisanorum inconsultius in hostem delatae a Genuensibus captae, & Pisani duodecim millia hominum in ea pugna amisere, quorum magna pars caesa. Qui gladio superfuere in vinculis coniecti Genuae in carcere periere. Quae res Pisanas maiorem in modum vires enervavit.

Per id tempus Aduardus Angliae Rex in Vasconiam se contulerat, ut inter duos Reges sibi adfinitate coniunctos pacem componeret, Fridericum Sardiniae, & Iacobum Siciliae Reges, qui de Siciliae Regno litigabant; simul etiam ut Carolum Caroli filium a vinculis liberaret. Qui eo suadente liberatus est. Pacis vero mentio frustra ab eo suscepta. Namque Legatus Pontificis, & Comes (1) Atrebatensis Rinaldum Ameliani Comitem armatum miserunt, qui Cataniam Siciliae urbem opulentam, Classe a Venetis magna stipe conducta occupavit; deinde Augustam (2), ubi copias, quas ex Etru-

(1) *Villanius* habet *Cap. LXXXIV. Comes Alansonis*; & *Collenuccius*, *Comes Araffis*; *Costus* vero Comes *Artois*, vel *Artensis*. Mecatt.

(2) *Villanius* habet tantummodo Augustam, & *Costus*

truria collegerant, mittere properabant. Et iam convenerant, illasque misissent, ni Rogerius de Oria classem Gallicam e Sicilia redeuntem intercepisset, Cataniaeque copias admovisset, quam diu obsessam tamdem subscepit. Capti (1) sunt eo navali praelio ex Gallis ducibus Guido de Monfort, Philippus Richardi Comitis Flandriae filius, & alii complures, qui auro postea se a captivitate redemere. Verum Guido in Siciliam adductus in ipsa captivitate obiit.

Honorius anno sui Pontificatus secundo Romae moritur in Monte Aventino aeris intemperie. Cuius metu Patres perculsi urbe recesserunt, & ipsis in electione novi Pontificis diffidentibus, post decimum mensem reversi, Februario mense Ioannem, Asculanum Ordinis Minorum in Pontificem creavere Nicolaum IV. adpellatum. Erant ea tempestate Romani seditionibus civilibus agitati, multa nefaria inter se committebant, igne, rapinis, caedibus ferro civitatem opprimentes. Liberatus est eodem anno Carolus II. a Ioanne Aragonio Rege, promisitque quod Fridericum Regem

stus Collenuccium increpat eo quod Cathaniam, & Augustam ab Avellae Comite occupatas referat. *Mecatt.*

(1) Aliter narrat *Villanius* *Cap.* *CXVI.* Mecatt.

gem Siciliae, Regno a Pontifice licet ei non confirmato, non inquietaret, & etiam censum pro Insula Pontifici debitum suo sumtu persolveret. Quod nisi peregisset in vinculis se rediturum iuramento promisit. Et nihilominus obsides dati Carolus filius, cui postea Martello fuit cognomen, & Aloysius, qui postea in Beati Francisci Religione & Sanctorum consortio, relatus est (1). Sed iisdem temporibus Fridericus Siciliae Rex harum rerum ignarus miserat in Calabriam Rogerium de Oria cum classe, quae (2) Catanenses a Carolo rebellarat, iique Pontificis iussu dominabantur ab (3) Arturo nescio quo; nec tum etiam fama in Calabrias pervenerat Carolum a captivitate liberatum fuisse, & cum Ioan-

(1) Tres filios obsides Aragonio Regi Carolum reliquisse & *Collenuccius*, *&* *Villanius* habent; Rupertum, qui postea Rex fuit Neapolis; Aloysium, qui fuit Episcopus Tolosae & in sanctorum album relatus; & Ioannem Peloponnesi Principem, qui in adolescentia occubuit. Praeterea quinquaginta nobiles viros ex Provincia dedit, & in Gallias se contulit. *Mecatt.*

(2) Italice. *Que' di Catanzaro*. Mecatt.

(3) A Comite Artesio, quem Itali vel potius Galli dicunt *de Artois*, qui post mortem Caroli Regis totius Regni Gubernator erat, & Custos, donec Carolus e carcere ab Aragonio Rege liberatus ad Regnum administrandum rediret. *Mecatt.*

anne pacificatum esse eo foedere, quod factum erat. Igitur commisso cum obsessis praelio Rogerius, quod numquam antea ei acciderat, ab Arturo fugatus est. Ducenti ex suis nobiles capti. Inde abiens, classe apud Messanam reparata, Caietanos adorsus post multa damna eis illata, cum iis in biennium inducias fecit.

Ceterum Carolus carcere liberatus terrestri itinere Florentiam venit, inde Senas. In itinere, ne quid incommodi ab Arretinis hostibus acciperet, tres Florentinorum cohortes accepit, quibus ipse Henricum Narbonensem quemdam praefecit. Cum iisque tamdem in Regnum Neapolitanum venit, ubi finitis sui adventus diebus Carolum Martellum iam Aragonii Regis obsidem adscivit, & Hungariae Regem, eorum Rege defuncto, creavit; quia in id regnum successerat Maria uxor, quae Caroli Martelli mater erat. De quo Andreassus defuncto Regi cognatione iunctus arma moverat, & plurima Hungariae castella occupaverat.

Ea tempestate in Asia quoque res adversae erant. Namque Tripolis a barbaris diu oppugnata tãdem in Soldani potestatem pervenerat, ubi omnibus cultoribus promiscue caesis, & urbe incensa, moenia ad postremum diruere. In simili calamitate ci-

cives duorum annorum inducias impetravere. Quibus rebus permotus Pontifex Crucem praedicari contra barbaras nationes iussit, conscripsitque circa milie quingentos equites, quos in Asiam misit. Hos item multi eadem religione permoti sequuti sunt. Hi postquam Ptolemaidam pervenere, nullius imperio quum regerentur, inducias cum Saladino prius a nostris factas violarunt. Quarum rerum Solidanus etsi saepius frustra questus, tamen ultionem ipse tacitus expectabat.

Per id tempus Pisani Vgolinum Comitem cum duobus filiis, & totidem Nepotibus in carcerem coniectum fame necaverunt. Idem profecto facinus, & antea inauditum in parvos liberos ea tempestate patratum fuit. Deinde Pisani Gibellinique totius ferme Etruriae in Guelfos armati maximis illos incomodis adfecere, sed Arretinis longe graviora intulere.

Erat per id tempus Praeful Arretinorum Guido Petramala & paene Civitatis Dominus, cui Florentini exules, & Guido Feltranus auxilio erant, qui omnem Florentinorum agrum vastantes cuncta populabantur. Orta ista tempestate magna inter nostros qui in Asia erant dissensione Christiani ferme omnium nationum qui in Provincia erant de Ptolemaida contendebant.

bant. Nam & Pisani, & Hospitalis Magister, Templarii, Teutonicique, & Carolus suam esse adserebant. Quo item tempore pax inter Carolum, & Aragonenses Calabriae rebus imminuta est, & Carolus Pontificem adiit, Florentiamque (1) perrexit cum duabus equitum turmis, ut Florentinos ab ipsorum Arretinorum incursionibus adiuvaret. Qui iunctis cum eo copiis, in agrum (2) Pisaurensem profecti invasi sunt (3) ab octingentis equitibus, itidemque peditibus hostium, quos Gibellini cum Arretinis paraverant. Commisso praelio aliquantulum dubio marte pugnatum. Sed tamdem Florentini ab Arretinis (4) superati sunt, & magna eorum caede fugantur. Non multo post in eodem agro ubi dicitur (5) Campo Campaldi Episcopus Arretinus, & Co-

(1) Hoc nec in *Villanio*, nec in *Collenuccio* mihi legendum occurrit. *Villanius* habet pugnasse eosdem equites, qui Carolum comitati sunt, ne ab Arretinis offenderetur. *Mecatt.*

(2) *Villanius* habet Bibiniensem. *Mecatt.*

(3) Nongentos habet *Villanius*, & octo mille pedites. *Mecatt.*

(4) Hoc non legitur in *Villanio*. Mecatt.

(5) In loco qui dicitur *Certomondo* non longius a quadam Fratrum Minorū aede, quae dicitur *Campaldino*. Sic *Villanius* aliique Florentinarum historiarum Scriptores. *Mecatt.*

& Comes Feltranus (1) inconsultius vagantes ab hostibus caesi sunt, in quo conflictu duo millia (2) Arretinorum periere. Anno salutis nono & octogesimo supra ducentesimum & millesimum Carolus ad Pontificem Romanum veniens utriusque Siciliae titulum impetravit. Quod Fridericus Aragonius intelligens, rupto foedere Caietam obsedit. Pauloque post cum prioribus legibus in duos annos induciae firmatae sunt, & classis Aragonia Caieta discessit.

Or-

(1) Inferius non Guido Feretranus, sed filius Guidonis Feretrani ille adpellatur, & ad defensionem Pisanorum eum venisse ostenditur.

(2) Praeter Gullielmum Vbertinum Arretii Episcopum in hoc conflictu ex Arretinorum parte desuere magni nominis viri Gullielmus Pazzius cum quibusdam suis Nepotibus, Boncontes filius Guidonis Comitis Montis Feretri; tres ex Vbertinorum familia, de Abbatibus unus, de Grifonis duo, plurimique alii Florentini exsules Gibellinae partis cum ipso Guiderello Vrbevetano duce, qui vexillum Imperiale Gibellinorum ferebat. Interfecti sunt ex parte Florentinorum Gullielmus Bertaldus Americi Narbonensis totius Florentini exercitus Ducis Bailivus; Bindus del Baschiera e Tosinghiorum antiqua familia, & Ticcius Bisdominus; plerique alii vulnus acceperunt. Huius victoriae caussa Cursio ex Donatorum nobili familia a *Villanio* adscribitur, Vexillo Regio, quod Rex Carolus Florentinis dederat, tertio Gherardo Ventraia ex nobili Tornaquinciorum gente. Vide *Villanium Cap. CXXX. Lib. VII.* Mccatt.

Ortum ea tempestate bellum inter Franciae Regem & Adoardum Regem Angliae. Res Asiae periclitatae sunt, & status Christianorum in ea provincia praevertitur. Nam Solidanus, qui ut supra diximus contumeliis erat incitatus, tercentum mille armatorum paraverat, quos ductu, & auspicio filii Ptolemaide castrametari curaverat. Quo tempore Solidanus febri vexabatur, & post duorum mensium obsidionem interiit. Cuius filius Caifal illi in dominio suffectus est. Qui magnis animis urbem adgressus, quum eam in praedam militibus pro concione dedisset, oppletis fossis pugnantes ad ipsius moenia devenere. Fit a civibus eruptio, & magna barbarorum occisione facta, Solidanus in sua castra repulsus est. Nec tamen ea victoria Solidani animos fregit, aut nostris incruenta, aut laeta fuit. Nam duo millia Christianorum in eo conflictu, & septem millia barbarorum periere. Quare permoti Christiani, quum sententiis discreparent, placuit quibusdam insequenti nocte urbe imbellem eiicere multitudinem. Ex quo multi indignati, accitis duodecim millibus tantum fortissimorum militum ex omni multitudine collectorum, intusque relictis cum eorum Ducibus Rege Cypri, Patriarcha Ierosolymitano, duobusque Magistris Templi, & Hospitalis abie-

abiere. Deinde Cypri Rex, quum suos metu abeuntes, nec imperio, neque precibus retinere posset, & ipse eos sequutus transfuga factus est. Postremo Templi magister & Patriarcha Ierosolymitanus Solidani expugnationem timentes, quia eam omni conatu fieri, & majorem solito parari intellexerant, relicta urbe poene ductoribus vacua, triremi ad id servata, portu nocte clam dilapsi secundo vento biduo navigantes, in tertium diem exorta tempestate fluctibus oppressi sub ipsa Cypri plaga naufragi periere.

Ceterum Solidanus desertam a Ducibus Christianis urbem invadens momento coepit. Qui reperti sunt, omnes cecidit (1), urbemque succendit, diruitque anno gratiae MCCIC quae in Christianorum potestate a Gottofredi temporibus steterat annis CVIC. Attamen rebus in Asia perditis permanserunt in fide sub dominio Christianorum Cyprus insula, & Armenia minor, quae a barbaris oppressae fuerunt.

Rodulphus Imperator per ea tempora in Alemania obiit, & ab Electoribus in Imperio subrogatus Ataulphus, quem Albertus defuncti Imperatoris filius in agro Si-

(1) *Villanius Cap. CXLIV.* Sexaginta hominum millia refert a Saracenis occisa. Vide idem Caput, ubi fusius de hac re agitur. *Mecatt.*

Siprinense praelio victum interfecit, & Nicolaus quartus Febri conreptus interiit. Impediti a Romanis Patres Perusium migravere ut liberam eligendi Pontificis facultatem haberent. Qui de electione Pontificis diffidentes Sedem Romanam vacare duobus annis & tribus mensibus permisere. Quo tempore Athaulphus Imperium Romanum post annum occupavit (1).

Galli per id tempus gravioribus inter se odiis decertantes non contenti suis cladibus, cum Anglicis etiam bellum sumserant; qui caedibus & rapinis Gallias belligerantes opplevere. Interea Carolus Luceriae castra habebat, in qua urbe Manfredi uxorem cum sorore, & filiis, Agareni ad eam usque diem, ut quidam Annales habent, continuerant; unde Patres saepe suis litteris hortatus est ad novi Pontificis electionem, indecorum adserens, illos, qui alios eorum exemplis ad pacem & concordiam invitare vellent, ipsos sibi non recte consulere, quo pax &amicitia inter eos polleret.

(1) Hic electus in Imperatorem ab Electoribus fuit, ut habet *Villanius Cap.CLII. Lib.VII.* sed ad dignitatem Imperatoriam non pervenit, & occisus fuit ab Alberto Duce Austriae Rodulphi Imperatoris filio anno MCCIIC. ut *Villanius* idem refert *Cap. XXII. Lib. VIII.* Mecatt.

Per ea tempora Michael Palaeologus obiit, & sepultura prohibitus est a Monachis quod in Concilio Lugdunensi, Occidentali Ecclesiae se consensurum iuraverat, & eius instituta servaturum. Eius filius Andronicus facile ob patris contumeliam a Pontifice Graecorum imperium impetrasset, si fuisset qui pro eo coram Pontifice verba fecisset. Sed mox aetate adultus, Ecclesiae contrarius factus, patris mores, & instituta sequutus est.

Interea Carolus Perusium accedens hortatur Patres ad Pontificis electionem. Is a Benedicto Caietano Ananiensi Cardinali increpitus, quod toties rogando vim patribus inferre videbatur; id ille sibi adeo ignominiosum putavit, ut ea iniuria permotus Neapolim adierit; ubi ad Regni curam versus nova quaedam instituta statuerit, nonnulla etiam maiorum suorum abrogaverit, vectigaliaque humanius moderans tributorum partem subditis remiserit.

Ea tempestate initum iam bellum Angliae quorundam interventu poene sublatum est. Mox asperius diffidentibus Gallis, cruentiusque instauratum permansit.

Electus est tamdem a Cardinalibus Pontifex vita rectus, & timens Deum Petrus de Morrone Coenobium in Pelignis incolens ad Macelli montis radices duobus millibus

libus passuum a Sulmone, vita celebris, qui Coelestinus V. dictus est. Hic primo Patres ad Aquilam urbem vocavit. Deinde ab iis unctus duodecim (1) alios eorum consilio adiecit. Qui eadem asperitate vitae, & abstinentia, qua ante Pontificatum fuerat, vivebat. Hic quum rerum humanarum, tum etiam regiminis expers, & ignarus videretur, tamquam Ecclesiae & Pontificatui inutilis habebatur. Nec ipse tamen meliorem de se quam alii opinionem habebat, coeptumque ob id de fraude in eum facienda tractari. De quo Carolus certior factus Neapolim perduxit, ut illum ab omni contumelia illaesum servaret, animumque viri ad sua sponte renuntiandum impelleret. Qui quum Neapolim venisset, populusque se illi ex more commendaret, hortaretur que ne pateretur Ecclesiam Romanam ab se bene gubernatam deseri, data illi benedictione respondit, futurum esse, quod Deus pro populi salute fieri dignaretur. Deinde Benedictus Caietanus unus ex numero Patrum Iuris Pontificii peritissimus multis argumentis sanctionibusque Sãctorum Patrum edocuit Pontifici Roma-

(1) Sic habet *Villanius Cap. V. Lib. VIII. Questi per riformar la Chiesa fece XII. Cardinali del mese di Settembre, la maggior parte Oltramontani a petizione, e per consiglio del Re Carlo di Puglia.* Mecatt.

no licere non solum a sua dignitate decedere, sed etiam illi sponte renuntiare debere, si se inhabilem cognosceret, peccareque illum graviter si in Pontificatu perseveraret; effecitque iis persuasionibus, ut Coelestinus legem promulgaverit, qua cavebatur; *Licere Pontifici suam dignitatem dimittere:* quam tamen postea nemo ex eorum coetu servavit. Deindè quinto sui Pontificatus mense a Pontificatu abstinuit, cedens Cardinalibus potestatem alterius in suum locum sufficiendi; deinde Papatu se abdicavit. Iique Benedictum ipsum elegerunt, & Bonifacius Octavus dictus est. Is fuit a Petro Apostolo Pontifice ducentesimus, atque illi longe dispar. Hic ubi compertum habuit Petrum Morronem aderemum properasse, & clam Neapoli abscessisse retentum ex itinere in Arcem Fummonis mandavit, veritus ne eum populus Neapolitanus carcere liberaret, aut illum sequeretur: tanta erat ea tempestate de huius hominis sanctitate opinio. Sed hic non multo post in carcere obiit, & non sine ipsius Pontificis infamia. Qua ex re duo ex Patrum numero Iacobus, & Petrus Columnenses, qui Gibellinam factionem Ananiae & per omnem Etruriam eorum favore iuvabant Pontifici infensi facti sunt; tum etiam quia Coelestini casum
in

in Pontificem conferebant. Hos tamen Pontifex ad se venire volentes prohibuit. Ob quod ii Neapolim concessere. Contra hos immissi a Pontifice Crucesignati (1). Quo metu perculsi Praeneste se receperant ad Marcum Columnensem eorum patrem. Ibi item maioribus odiis a Pontifice insequuti relicta Praeneste Zagarolum concessere; Praenesteque ob id a Pontifice sub conditione suscepta, ea non servata, postea diruta est. Deinde etiam & Zagarolum, & Columna, eorum antiqua oppida vi capta obruta sunt. Cardinales in excidio Columnae, ut quidam volunt, tela hostium vitabundi in varias partes incogniti confugerunt. Sarra diu apud amicum in nemoribus, & terrae cavernis obseratus latuit, ubi a nonnullis suae factionis, & pastoribus fovebatur; & tamdem a piratis captus ad remigium impositus est, ignari quisnam esset. Nam Sarra Pontificis iram metuens, se alium esse simulabat, quum Pontifex nulli Gibellinorum, qui in eius potestatem, quoquo modo delinquens pervenerat umquam pepercerit. Fama est, quod in die cinerum . . . . .

(1) Florentini in hac Pontificis contra Columnenses expeditione sexcentos milites ad eum miserunt. Vide *Villanium Cap. XXXI. Lib. VIII.* Mecatt.

Genuensium Archiepiscopo ad eius pedes ex more procedenti dixerit = *Memento homo quia Gibellinus es, & cum Gibellinis in carcerem coniicieris*, cineribusque eius os oppleveris= (1) & deinde Archiepiscopatu eum privavit, quem tamen postea illi restituit, quum Cardinales Columnenses Genuam confugisse accepit, nec a Genuensibus reiectos.

Anno Salutis MCCIIC. Pontifex Ludovicum Caroli secundi filium iam defunctum in Sanctorum Catalogo adgregavit, sextumque librum Pontificii iuris edidit. Deinde castra Eugubio (2) Gibellinorum urbis admovens eam cepit.

Eodem anno viginti Venetorum naves in Hadriatico mari cum Genuensibus concurrentes captae sunt; & Genuam perductae; & Albertus Rodulphi quondam Imperatoris filius Ataulphum Imperatorem praelio occidit; & is postea Imperium Romanum per decem annos obtinuit; cui Pontifex auream sibi saepius exposcenti coronam concedere recusavit, quia illum

(1) Hanc Gibellinorum calumniam esse quis non videat? *Mecatt.*

(2) *Villanius* refert Eugubium a Gibellinis fraude captum fuisse, deinde a Guelfis coacto amicorum exercitu iterum occupatum cum magna eorum clade. Sic *Cap. XLIII. Lib. VIII.* Mecatt.

illum Gibellinorum favorem futurum censebat.

Iisdem temporibus Iacobus Aragonius secrete cum Carolo, Pontifice suadente, foedere inito, Rogerio de Loria classis Praefecto contra Fridericum Aragonium decertantes apud Orlandi promontorium conflixere, & Siculi victi sunt in ea pugna; Siculorum sex millia, & triremes XXII. submersae. Ipse Fridericus Iacobi frater impias Caroli manus evasit. Deinde Alphonso Aragonio vita functo Ioannes eius frater a Carolo item expostulatur contra Fridericum, qui foedus ab eo percussum violaverat; & Roberti Caroli filius Calabriae Dux patris iussi in Siciliam traiecit, & Catina urbe potiti sunt. Postremo a Philippo fratre, qui erat Tarenti princeps adiutus Drepanum obsedit. Contra quos Siculi classe reparata fuere: Iam Philippi exercitus Drepanenses ad inopiam summam adduxerat & incompositi vagantesque; quum Don Brascus Aragon Friderici praefectus, qui terrestri exercitui praeerat, ex proximo urbi monte hostes palantes, & sine custodiis vagantes, accessisset illos adortus est, atque in fugam vertit. Caesa sunt quatuor millia hominum ex Philippi exercitu, ipse captus & Panormum perductus. Fridericus item ea victoria lae-

tus cum suis Siculis primo Roberti naves intercepit; deinde Philippi triremes. Quod Robertus intelligens in Regnum Neapolitanum rediit. Deinde Fridericus iterum Calabrias invectus partem provinciae occupavit.

Luceria urbs, quam diu obsessam a Carolo diximus, deditionem tamdem fecit; & Manfredi uxor, & filii Neapolim perducti in carcere perierunt. Sunt qui velint superioribus annis deditionem factam. Ceteri Agareni, qui se baptizari petierunt Christiani facti sunt, item omnes interfecti. Vrbis vero nomen a Carolo immutatum est & Sancta *Maria* dicta est. Qui etiam religione permotus in ea urbe Beatae Dei Genitrici templum aedificari curavit. Iacobus Aragonius Romam cum Costantia uxore veniens Pontifici se pacificat, & Rex Sardiniae coronatur, quamquam Pisani Insulae dominium retinerent, cum excusatione prius apud Pontificem habita, quia eo inscio Fridericus frater Calabrias occupasset.

Eo anno Palatium Magistratus Florentinorum coeptum est aedificari, & moenia urbis, ut nunc sunt, communia; & Cassianus Tartarorum AEgyptios superavit, & Sepulcrum Christi Iesu Salvatoris nostri ab eo visitatum est. Pontifex quoque

Fra-

Sectam damnat Fraticellorum; sic enim se dicebat Petrus Acerrarum Comes qui in Apulia Sodomitico scelere damnatus, a Carolo occisus est, ferroque ignito per os ad nates transmisso exspiravit. Non multo post barbari maiorem Sardiniae partem occupavere.

Carolus Valesius a Philippo Rege Galliae, eius fratre, cum ingenti adparatu in Guasconiam missus, civitates depopulatus est; inde ad suos reversus. Et Alphonsus Ferrandusque Ferrandi filius, qui maior natu fuerat Alphonsi, quomdam Hispaniae Regis, de quibus supra meminimus, qui exsulabant in Gallia, videntes se male habitos ab eorum patruo, ut primum de morte Sancionis Regis Hispaniae patrui ipsorum certiores facti sunt, auxilio Regis Aragonum freti Regnum Legionense, & magnam Hispaniae partem occupaverunt. Quo tempore quum Henricus filiorum Sancionis tutor illis se opposuisset eorum impetum retardavit. Propter quod Ferrandus omisso fratre auxilia a Philippo fratre materno & Pontifice exposcens parum subsidii impetravit. Florentini interea foedere de integro cum Genuensibus facto Pisas terra & mari obsederunt, Liburnumque Pisanorum oppidum vi captum incenderunt; Arni ostia obstrue-

re,

re conati tres ibi naves demersae inundationibus tum fluminis tum etiam maritimis. Inde amotae Genuensium naves vim irritam reddidere.

Erat autem per id tempus Guido Feretranus Pisanis praesidio, & aliquot castella a Florentinis ex Pisano ablata recuperaverat. Nec tamen propterea aperto marte congredi cum Gentili Ursino Florentinorum duce audebat; nam existimans Florentinos magno sumtu fatigatos a bellis quieturos & rem Pisanam sapiens Imperator in unius diei fortuna committere nolebat. Quare Florentinos impulit ad pacem Pisanis dandam.



HI-



HISTORIARVM VTRIVSQVE SICILIAE

LIBER SEPTIMVS.





Nno Salutis trecentesimo supra millesimum Iubilaeum a Pontifice indictum, & erat ut contra barbaras nationes cruce vulgata Christiani ad Religionem commoveri possent, ni furiis in contraria incensis asperiora fere per omnem Italiam bella sequuta essent. Quo anno Florentiae carcer amplissimus in media urbe aedificatus est. Carolus item Valesii Comes Catharinam duxit uxorem, quae ultimi Bal-

Baldovini Imperatoris Conſtantinopolitani filia fuerat. Hic Romam a Pontifice vocatus & non ſine pollicitatione Imperii Romani obtinendi, ſimulque ut contra Friderici Aragonii impetum Carolo ſecundo eſſet praeſidio; qui aere alieno oppreſſus inopia laborabat. Igitur ſoceri ſui favore, & conſilio fretus ad Pontificem venit, qui mox facti poenitens hoc tantum ab eo impetravit, quoniam Crucem contra barbaros ſumſerat (dummodo id fraude non fieret) in agrum Romanum deduceret, Praefectuſque Patrimonio, quoad eius exercitus deſcendiſſet.

Per ea tempora omnis fere Italia novis factionibus agitabatur; nam Cancellaria gens Piſtorii nobiliſſima in duas diviſas partes, quarum una *Albi*, altera *Nigri*, vocabantur, quum eſſet gens ditiſſima, & hominum numero, & clientibus pollens magnis inter ſe odiis, & contentionibus decertabat. Quos quum Florentini ſocii pacificare vellent, dum alius alteri favebat, communi peſtilentia ex contagione exorta, & ipſi eaſdem partes, & nomina in eorum urbe ſuſcepere. Hos quum Legatus Pontificis conciliare vellet, & eam rem animis hominum altius infixam accepiſſet, ſacra utriuſque Civitatis populis interdixit, in eaque excommunicatione quum perſiſterent, im-

immissus est Carolus Valesius, ut illis bellum inferret. Is rapinis magis quam bello intentus cuncta latrociniis infestando hostes obstinatiores reddidit. Quo tempore Pistorienses qui Albarum partium erant Nigros eorum cives urbe pepulerunt. Lucenses vero, qui iis finitimi erant, Andrea Epidolino auctore Equite Florentino iampridem morbus invasit; occiduntque Interminelli non ex obscuriori familia nobilem virum in urbe primarium (1), qui Nigrarum partium habebatur. Qua peste adnitente effici non potuit quin *Albi* Florentia pellerentur.

Iisdem temporibus Philippus Galliae Rex ob pollicitationem Carolo Fratri de Imperio a Pontifice non servatam, cum eo discordare coeperat, & Stephano Columnensi, & aliis Pontifici adversis favere, pecuniasque suas (2) Musciatto cuidam Gallo in Tusciam mittere, qui Stagiae imperitabat, ut contra Pontificem milites scriberet, idque occulte faceret. (3) Interea Episco-

(1) Obitium de Obitiis Iudicem ex primariis Lucensium familiis occiderunt. Sic *Villanius Cap. XLV. Lib. VIII.* Mecatt.

(2) Musciattus non Gallus sed Florentinus erat; cognomento vero, seu ex familia *Francesi*. Mecatt.

(3) Villanius habet, *Il Vescovo di Palmia in Carcascese. Vide Cap. LXII. Lib. VIII.* Mecatt.

Episcopus Epimanarum, qui ad eum Pontificis iussu venerat ut Crucem in barbaras nationes pararet, quum Rex id facere renuisset, spreta etiam religione; quum ille sibi Regni privationem & interdictum minaretur, in carcerem coniecit.

His ex rebus Pontifex indignatus Narbonensem (1) Episcopum pro liberatione Episcopi ad Regem misit, qui quum precibus nil proficeret, iussit ei ut Regi inhiberet Galliae administrationem, subditosque si perseverasset a Sacramento fidelitatis absolveret. Sed uti compertum habeo, primo interdictu Pontifex iusserat omnes priorum Pontificum immunitates gratiasque Regibus Franciae concessas in subspenso esse, quoad Rex Pontifici se placaret. Deinde ad secundum interdictum caussa cognita processit. Quo metu Rex permotus Episcopum a vinculis liberavit. Sunt qui adfirment Regem ab amicis de his certiorem factum Narbonensi litteras intercepisse (2), vetuisseque Gallos Romam ire, nuntiosque Pontificis ad se accedere.

Insequenti Anno magnus Cometes Septembri mense in Occidente exortus, & dura-

(1) Villanius habet Archidiaconum Narbonensem. Sic eodem *Cap. LXII. Lib. VIII.* Mecatt.

(2) Sic profecto habet Villanius laudato *Cap. Lib. VIII.* Mecatt.

duravit usque ad Ianuarii mensem. Fuit adeo horrendus, ut animos hominum ita deterreret, ut non fuerit qui rebus suis tuto consulere arbitraretur.

Erat adhuc bellum in Calabria cum Aragonensibus, quibus quum Carolus magno aere alieno oppressus obsistere non posset, opem a Carolo Valesio sobrino suo expostulavit, qui in Calabrias primo cum Roberto Duce Calabriae cum centum navibus profecti multa eius Provinciae castella recuperarunt, Fridericumque equitibus non fidentem in extremum Provinciae angulum compulerunt; deinde in Siciliam transfretarunt. Ii à Friderico belli artibus illusi, impeditique nihil praeter Fermolum in tota Insula occupavere. Deficientibusque in dies commeatibus quum nihil proficerent, Valesius inscio Carolo Rege, ut quidam adfirmant, pacem Friderico dedit iis legibus ut ipse omnia Carolo restitueret, quae in Calabria occupaverat; & Carolus e contra teneretur simul ut quoad viveret nihil in Sicilia contra Fridericum moliretur, & illi Eleonoram filiam matrimonio copularet, pro cuius filiae dotibus renunciaret iuri, quod in Sicilia habebat, quoad sibi de alio Regno dotis nomine esset provisum. Qui si filios ex ea sustulerit, sibi eodem nomine centum millia unciarum ar-

gen-

genti penderetur; Aragon Siciliam relinqueret. Quorum conventorum praeter Elionorae matrimonium nihil postea servatum est. Valesius tamdem cum Roberto iis pactis ex Insula decesserunt.

Ea tempestate Danthes Florentinus cum ceteris Albis, qui Florentia pulsi erant, ope Valesii destituti ad Forum Livii se contulit. Eo in loco Gibellini Florentia extorres se receperant. Ii in unum coeuntes deligunt sibi ducem Scarpettum Ordelaffium factionis Gibellinae in ea urbe Principem. Huic iungitur ex foedere prius inter eos icto, Huguccio Fagiolanus, qui aliquot castella in Apennini radicibus obtinebat. Hic quum rei militaris peritissimus haberetur effecit suis artibus, ut Bononienses sibi adiungeret, & Canem Grandem Veronensem, qui tunc Veronae dominium occupaverat, Danthe Florentino intermedio. In unum omnes collecti, quum in agrum Mugellanum properarent, acceperunt Florentinos cum Lucensibus eo convenisse, & Vbaldinorum oppida saltusque occupasse.

His rebus non perterriti Huguccio, & Ordelaffius Apennino traiecto apud Politianum castrametati sunt. Vbi ab hostibus clausi, ex Apennino quum fame laborarent, relicto Politiano dilabuntur. Multi ex iis qui Florentia exsulabant capti, de quibus Flo-

Florentiae supplicium sumtum fuit, ceteri in Romandiolam se recepere. Alii volunt non ipsos sponte fugisse, sed magno victos a Florentinis praelio, paucos ex tanta clade servatos. Ceterum eius rei fides apud suos auctores sit. Nos primam opinionem magis pro comperto habemus.

Philippus Rex per id tempus coacto apud Parisios Patrum Concilio, ad eos Pontificis acta exposuit. Quo tempore Sarra Columnensis, quem a piratis captum memoravimus, Philippi Regis favore fretus a piratis liberatus, & a militibus adiutus, quos regii in Etruria occulte paraverant, ac etiam a filiis Maffaei Ananiensis, & Gentilis de Ceccano, omnes in Pontificem conspirarunt. Pontifex per ea tempora Robertum Austriae Ducem Imperatorem Romanum, & Regem Galliae declaraverat, & Flandrensibus Regi infestis favebat. Igitur Sarra suadente Rege pastoris habitum indutus in Italiam venit, accersitoque ad se Agarecio Tarentino cum ceteris coniuratis Ananiam nocte ingressus, propria manu confractis aulae portis Bonifacium acclamantem obstupescentemque, & veluti miraculo attonitum, in propria urbe, & paterna aede, in qua natus erat, cepit. Sed is tertio post die a suis civibus liberatus Romam se contulit, ubi vindictae avidus quarto & vi-

gesimo post die ad mortem compulsus est. Quo metu perculsi Patres Perusium concessere.

Ad hoc Fundorum Comites, & Caietana familia nobilissima maiorem in modum aucta tum virtute tum etiam armis Fundorum dominatum, & alia permulta retinere.

Anno salutis MCCCII. incendium in Ischia insula exortum animalia, agros, aedificiaque insulae vastavit, consumsitque. Quamobrem plerique insulae cultores Prochytam, & Puteolos propinqua loca migravere. Et apud Belgas infimae plebis homines concitati a Philippo eorum Rege suasu Pontificis rebellarunt, adortique quatuor Regis legiones ad unum omnes occidere. Anno

Quum breve Diarium *Ioannis Lelmi* a Comugnolo multa exhibeat, quibus Historia *Bonincontrii* nostri illustrari potest, heic illud opportune apteque inferendum censuimus, quum praecipue ab hoc anno MCCCII. exordium sumat. Huius Diarii mentionem fecimus in Praefatione primae Partis harum Historiarum.

Transunto d' alcune cose notabili della Terra di San Miniato quando era in libertà.

L' Anno dell' Incarnazione del nostro Signore Gesù Cristo 1302., & a dì 28. del mese di Agosto, le infrascritte cose furon notate per me Giovanni di

di Lelmo da Comugnoli, Notaio, & uomo della Terra di San Miniato al Tedesco, da me parte vedute, parte udite, e fedelmente scritte.

Carlo figlio del Re di Francia venne in Toscana, e specialmente nella Terra di San Miniato a dì 28. di Agosto 1303. & i Lucchesi, e i Fiorentini andarono coll' esercito appresso alla città di Pistoia, guastando, e rubando tutto il paese, riducendosi a campo al castello di Seravalle, al quale stettero quattro mesi, e finalmente lo acquistarono.

In detto anno di Gennaio diacciò Arno nel piano di San Miniato, & a dì 10. detto molti vi passarono su dall' un canto all' altro.

Adì 12. Marzo di detto anno, i Fiorentini, e i Senesi, ruppero i Bianchi Ghibellini in Mugello a Castel Pulicciano.

Nel 1304. del mese d' Aprile veddi vendere il grano sulla piazza di San Miniato ll. XX. il miglio ll. XVI. ss. IV. & a dì 27. del detto mese i Samminiatesi mandarono per il grano al Porto di Mutrone, e quello condotto lo venderono ll. XV. lo staio.

Adì 14. Maggio i Fiorentini tolsero ai Pistolesi un castello del contado loro di Montale.

In detto anno Messer Andrea de' Piccolomini da Siena uscì Potestà di Samminiato, scambiandolo Messer Gabbriello di Simone di detto luogo, essendo Capitano della medesima Terra Messer Orlando de' Casignani da Lucca.

I Lucchesi, i Fiorentini, e i Senesi fecero esercito per andar contro i Pistolesi a dì 25. Maggio di detto anno.

Sciarra Colonnese, ed il figlio del Re Carlo presero Papa Bonifazio con volontà del Re Filippo

di Francia, il quale morì a dì 8. di Ottobre, e dipoi a 15. di detto fu eletto Papa Benedetto.

Il Vescovo di Lucca, essendo stato in San Miniato circa due mesi, si partì a 10. di Dicembre, transferendosi in Avignone, dove era la Corte, e quivi si morì.

Messer Dino de Salamoncelli da Lucca a dì primo di Febbraio entrò Capitano del Popolo di San-Miniato uscendo di detto officio Messer Orlando de Casignani di detta città.

Adì 28. Febbraio i Samminiatesi cominciarono a far le mura in piano di Becco.

Messer Gherardo da Rustica da Firenze entrò Potestà della terra di San Miniato nel 1305.

Messer Gerardino de' Fatinelli da Lucca in detto anno entrò Capitano del Popolo di San Miniato.

In Firenze del mese di Giugno di detto anno, udii dire che arsero circa dugento case.

Papa Bonifazio, anzi Benedetto, morì in detto anno in Perugia.

I Fiorentini Bianchi cogli altri Ghibellini di Bologna, di Romagna, e di Arezzo vennero a Firenze con quantità di cavalli, e di fanti a piè, e ruppero una porta per quella entrando dentro: ed i Neri Fiorentini con i Senesi, che tenevano la città, a quelli voltati sì animosamente combattendo, messero in rotta detti Bianchi, prima mortine assai, e questo fu a' 20. di Luglio in detto anno.

Messer Arrighetto de' Seracini da Siena entrò Potestà di San Miniato a dì primo Novembre di detto anno.

Messer Iacopo Medico della contrada di Poggiglisi, essendo a onorare il corpo della moglie di Nardo

Nardo fuor di porta, ponendosi a sedere in casa di detto Nardo e stando un poco così, cascò in terra morto.

Prete Cristofano di quelli da Rossia Frate in San Iacopo di fuori di porta adì 7. di Marzo cascò morto subito.

L'Illustrissimo Sig. Duca figlio della Maestà del Re Carlo venne in Firenze adì 8. d'Aprile 1306.

Messer Nerlo de' Nerli da Firenze entrò Potestà di San Miniato il primo di Maggio, e uscì Messer Arrighetto de' Seracini da Siena, essendo Capitano Messer Orlando de' Medici da Orvieto.

L'Illustrissimo Sig. Duca figlio del Re Carlo, co' Lucchesi, Senesi, Fiorentini, & altri Guelfi di Toscana, si posero a Campo alla Città di Pistoia a 2. Maggio in detto anno, e stando così accampati fino al mese di Novembre. Dipoi per comandamento di Papa Clemente V. il Sig. Duca si partì; niente di manco i Fiorentini, i Lucchesi, i Senesi, e gli altri non obedirono al detto comandamento, in modo che a' 10. di Aprile 1307. acquistarono detta città.

Messer Nerlo Nerli Potestà di San Miniato morì in detto officio a 26. di Agosto, e fu seppellito a San Francesco onorevolmente.

Bernardo, Gherardo, ed il Piovano Currado, fratelli, e figliuoli di Messer Rosso, entrarono in Balconevisi, e quello ribellarono a 22. Gennaio: la qual cosa intesa li Samminiatesi a 25. di detto vi andarono a campo, ed a 27. lo ebbero a patti, salvo il Piovano, e gli uomini di Balconevisi con loro beni; e detti Bernardo, e Gherardo se ne uscirono coi loro compagni, e seguaci, restando dipoi sbanditi, ma per allora salvi, essendo Podestà Messer

Bonagiunta de' Ferrari da Lucca, e Capitano del popolo Messer Tofano de' Forteguerri di Siena, scambiato allora da Messer Niccoluccio da Prato.

I Bianchi Ghibellini da Bologna furon cacciati per li Guelfi di detta città il primo di Marzo. Guccio di Maestro Castellano da Colle assalì gli Todeschi che stavano alla strada nel piano di Fucecchio, e due ne ferì con li suoi famigli a 6. d'Aprile 1308.

Li Banditi del comune di San Miniato furono ribanditi del mese di Luglio in detto anno con certa quantità di denari, essendo Potestà Messer Lione delli Acciaiuoli da Firenze.

Nastoccio de' Terracini da Siena entrò Capitano del popolo di San Miniato il primo d' Agosto, ed a dì 15. cioè il dì di Santa Maria, fu fatto Capitano del comune di San Miniato, il quale lo scambiò Messer Cione da Castello.

Messer Lambertuccio de' Nanni de' Ciccioni da San Miniato del mese di Agosto in detto anno morì Potestà della Città di Osimo nella Marca.

Messer Guido di Portico da Lucca, entrò Potestà della Terra di San Miniato, e uscì Messer Lione delli Acciaiuoli di Firenze.

Messer Ridolfo di Messer Ridolfo de' Malpigli fu fatto Cavaliere dal comune di San Miniato nel 1308. a 2. di Aprile, e Messer Nello in nome di detto Comune, e Popolo li cinse la spada.

I Fiorentini, Senesi, Lucchesi, Samminiatesi, e gli altri Guelfi di Toscana, andarono coll'esercito contro gli Aretini a 24. Maggio in detto Anno, e guastarono Valdiambra, e presono il castello di Gargonsa, ed altre ville di detta Valle, ed essendo presso alla città di Arezzo sei miglia si disse per il campo; che il Cardinale, e li Aretini con i

Bian-

Bianchi Ghibellini erano entrati nella città di Firenze; per la qualcosa tutto il campo dette volta in dreto, e quasi in fuga cavalcò tutta la notte circa 23. miglia; pure la mattina stracchi entrarono in Firenze. Certa compagnia di giovani da Santa Croce, vennero a Santa Gonda, distretto di San Miniato adì 25. Dicembre, cioè il dì della Natività di Cristo per giocare, e darsi piacere, come è de' giovani usanza, e consuetudine in simili tempi, benchè a Lucchesi fusse comandato a Santa Croce non si giocasse, e però si trasferirono in detto luogo; ed avendo condotto in detto luogo un toro, quello a San Miniato lo donarono a' Signori Dodici, i quali Signori il seguente giorno detto toro vestiron di panno rosso intagliato con lioni bianchi, ed a Santa Gonda lo mandarono, ridonandolo a detta compagnia, e con esso ff. XX. di denari lipolitini, anzi lipopolini.

Messer Gherardo de' Bisdomini da Firenze entrò Potestà di San Miniato, uscendo Messer Branca degli Accaregi di Siena Capitano del Popolo di San Miniato, entrando in suo scambio Messer Levero de Guazzarotti da Prato.

Il Comune di Montopoli, ed il comune di Comugnoli, distretto di San Miniato confinarono fra loro del mese di Dicembre, facendo una via dal fiume di Arno insino a Cambiano, quella intendendosi per confino l'una metà toccando a detto castello di Comugnoli distretto di San Miniato, e l'altra metà al comune di Montopoli, di che fu rogato da Ser Filippo da San Miniato Notaio.

In detto anno furon gran piove, e del mese di Gennaio rovinò il ponte, che era di pietra sopra il fiume di Elsa, luogo detto al-

la Torreboni, ed il detto anno del mese di Febbraio gli uomini della contrada di fuor di porta fecero la via fuori, detta di Messer Ridolfo, di pietra, iara, e rena.

Nel 1309. morì in San Miniato un fabbro, che il suo nome era Pagnino, a dì 15. Aprile, cioè il secondo dì della Resurrezione; dipoi il seguente dì fu portato nella Chiesa di San Iacopo fuor di porta; e perchè nel popolo era opinione che fusse Beato, stette così quattro giorni, perchè molte persone per devozione venivano per vederlo, quello toccando. E passati detti dì, fu messo in una cassa, facendoli un avello aperto in detta Chiesa, in modo che qualunque volta si mostrava, molti attratti, e infermi, vi andavano per esser liberati.

Messer Benedetto de' Tagliameli da Lucca a dì primo di Maggio entrò Podestà di San Miniato.

Piglio di Messer Ridolfo Ciccioni, ferì nel viso Ser Fredi di Ser Ruggieri Bertacci della contrada di Pancoli con un coltellaccio, il primo di Maggio; il quale Ser Fredi usciva detto dì de' Signori Dodici del Popolo di San Miniato, e tutti i giurati per tal cosa con il gonfalone incontinente corsero a casa di detto Piglio, e quella per la parte gli toccava spianarono fino ai fondamenti, sendo Capitano del popolo Messer Leuccio de Guazzarotti di Prato, il quale dipoi condannò il detto Piglio per detta ferita, e mandollo commesso in ff. 1500. ed i suoi beni applicando alla camera del comune la metà, ed all'offeso il resto.

Il Comune di San Gimignano, e di Volterra fecero insieme guerra.

Mes-

Messer Filippo di Messer Barone de Mangiadori di San Miniato fu fatto Cavaliere a 21. di Luglio di detto anno da Messer Iacopo de' Ciccioni, anzi dico de' Mangiadori, suo zio, ed il giorno seguente andò Capitano della città di Reggio in Lombardia, ed a me Ser Giovanni, e Ser Lazzero di Martino, ci donò un vitello, e staia quindici di orzo.

I Ciccioni, e Mangiadori, e gli altri nobili di San Miniato a dì 4. di Agosto 1309. roppero il popolo di detta terra, ed arsero tutti i libri, e statuti del comune, e cacciarono gli Signori Dodici del palazzo, e così il Capitano del popolo; e questo fecero, perchè si era fatto uno statuto, che i nobili fossero tenuti sodare dinanzi al Capitano di lire mille di non offendere nessun popolare; la qual cosa i nobili recusando furon forzati combattere insieme. Vincendo i nobili, come si è detto di sopra, molte case de' popolani abbruciarono, e guastarono e spezialmente quelle di Bindo Vannucci, e di Ser Matteo di Ser Arrigo Malederrate, e di Ser Giunta da Brusciana, e molte altre messe a sacco. E dopo questo il giorno seguente a ora di Vespro detti Ciccioni, e Mangiadori, con gli altri nobili fecero consiglio per riformare la Terra, e dettero autorità, potestà, e balia, a Messer Berto Tagliameli da Lucca, in quel tempo Potestà di San Miniato; e Messer Barone de Mangiadori, e Messer Teodaldo de Ciccioni furono eletti Capitani, e Riformanti a riformar la Terra. I quali abitavano, e facevano residenza nel palazzo nuovo del popolo, dove elessero li Signori Dodici. Dipoi con detti Signori si elesse il Consiglio del popolo, e della Guardia, e così d'accordo fu riformata detta Terra, ed il

Pote-

Potestà per vigor dell'arbitrio fortemente puniva con asprezza chi aveva commesso delitti, e spezialmente Cinello di Bando Buonfigli della contrada di Pancoli, il quale aveva morto Vanni di Ser Piero il Giovedì a 22. di Agosto. E volendolo ricomprare gli amici suoi lire 1500. non ottenne la grazia, ma il dì seguente gli fu mozza la testa. Ancora in detto tempo della revoluzione, e rumore furon morti dieci vomini infra San Miniato, e distretto, e feriti molti per antiche inimicizie, e assai case arse, e rubate. Dipoi si fece universal pace, posandosi la Terra, e Distretto, con intenzione di viver quieti.

Messer Vbaldo degli Opizzi da Lucca a dì primo Novembre entrò Potestà di San Miniato.

Adì 28. Novembre i Pugliesi, e Malederrate, consultarono insieme obbligandosi, e legandosi insieme per contratto. Dipoi il seguente anno del mese d'Agosto fecero edificare una Torre appresso il Palazzo del Capitano, chiamandola la Torre de Pallaleoni, e così ordinarono, e stabilirono fosse chiamato, e nominato il lor casato per l'avvenire.

Adì 13. Dicembre Nelluccio di Nuccio Tobertelli, che stava con la Signoria di Lucca, ammazzò Menarduccio di Andrea di Lazzaro da San Miniato. Tutti i Tobertelli a dì primo Gennaio si ragunarono in sulla piazza di Santa Maria, e presenti i Manaldi rifiutarono detto Nelluccio per consorte, e parente, offerendosi a detti Manardi parenti di esser sempre loro amici, e servitori, e così i Manardi promessero per la morte di Menarduccio lor consorte, non volendo far vendetta contro alcuno de Tobertelli, eccetto che contro Nelluccio, o chi lo favorisse, offerendosi sempre alla casa loro servire,

vire, purchè potessero, quando non dessono favore, o aiuto a detto Nelluccio, e così promesero una parte all'altra publicamente in detto luogo.

Madonna Testa di Messer Bertoldo de Malpigli da San Miniato andò a marito con gran trionfo a Simone de Gianfigliazzi in Firenze a dì 24. di Gennaro.

A dì 7. Aprile 1310. i Fiorentini Neri entrarono in Prato con gli amici, e cacciarono Antonio Guazalotti, e gli amici suoi.

Messer Bando de Quarticiotti da Lucca a dì primo di Maggio entrò Potestà di San Miniato.

Del mese di Agosto il figlio del Re Carlo dal Papa fu coronato del Regno del padre.

Messer Manetto de' Buondelmonti in detto anno entrò Potesta di San Miniato a dì primo Novembre.

Messer Gherardo de' Pilli di Firenze entrò Potestà a dì primo Maggio 1311.

Nel 1311. del mese di Luglio a perpetua memoria si fece queste cose. Gli Vomini di Pisa, Lucca, di San Miniato, e quasi di tutta la Toscana, essendo spirati da Dio, e dalla Vergine Maria, quasi tutti nudi andavano battendosi, e per le Terre visitando le Chiese, penitenza, pace, e misericordia chiamando ad alte voci; per la qual cosa molti perdonavano l'ingiurie, facendo pace coi loro inimici, acciocchè Iddio avesse misericordia de' peccati loro; e così tutto il paese era in questa buona disposizione in modo, che per il comune di San Miniato si fece una legge, per raffrenare l'iniquità e malizia di qualunque sciagurato non volente perdonare per amore di Dio, e della Vergine Maria, che chi per tutto il mese di Giugno non

aves-

avefse fatto la pace con gli fuoi avverfarii, il Poteftà aveffi arbitrio di aftringerli per forza, e per detta cagione tutti gli uomini di San Miniato quafi con tutti quelli del Diftretto ne vennero in pace, e buona concordia, intendendofi ancora tutti, facendo pace, li Banditi immediate rimeffi per l' amor di Dio, e della Vergine Maria. Bindaccio di Ser Vbaldo da Mugnana, perchè gli fu domandata la pace per l'amor di Dio da un figlio di Danza, e gli altri fuoi di detto luogo, di certe ferite date da detto figlio di Danza a detto Bindaccio, e non volendo render la pace, furono coftretti andare a chiederla alla Corte. La qual cofa intefa da Bindaccio, afsaltandolo li dette d'una fpada nel vifo, con effufione di fangue; e pervenuta la querela al Poteftà di San Miniato, per vigore, ed abilità concefsale dal Configlio, a efempio di tali malfattori, che non temono Iddio, accefo di furore incontinente con la fua famiglia, e maeftri da guaftare, andò a cafa di detto Bindaccio facendola diftruggere, e rovinare, così ancora la fua colombaia, tagliando viti, frutti, ed alberi della fua pofseffione. E dipoi li dette bando della vita.

Il Sereniffimo Imperadore entrò nella città di Milano in Lombardia a 24. di Dicembre in detto anno, e di lì a certo tempo fi pofe a campo alla città di Brefcia, e ftato circa quattro mefi, fi dettero con certi patti del mefe di Settembre dell'anno 1311. Dipoi in pochi giorni l'Imperatore fi trasferì a Genova, dove ftato qualche mefe, per mare poi ne venne alla città di Pifa a 6. Marzo in detto anno.

Geri, e Giovanni de' Mangiadori da San Miniato, con alcuni amici loro, e compagni andarono all' Al-

all' Alpe di Bologna, mettendosi in certo luogo in agguatto per ammazzare un certo Messer Ponzanellino da Cremona, il quale usciva Podestà di Siena; e stando così, arrivò in detto luogo, dove da Geri, e Giovanni, e compagni, lui, un suo figlio Cavaliere, un suo nipote, e un Dottor Cremonese, furono ammazzati. Questo fecero per vendetta di Mangino de' Mangiadori, il quale essendo Podestà di Cremona, da' Cremonesi li fu tagliata la testa.

Adì 28. Marzo 1312. io Scrittore di questo andai a Pisa per vedere il Serenissimo Imperadore Enrico, il quale veddi nel Duomo, mentre cantava la Messa un Cardinale legato del Papa specialmente ad incoronare in Roma detto Imperadore, ed il Papa era in Avignone, col quale Imperadore erano a detta Messa il Duca di Baviera, il Duca di Britania, il Conte d'Altafoglia, il Conte di Foresce, il Delfino di Vienna, il Conte di Limagio, il Nipote del Conte di Fiandra, il Vescovo di Renso, ed altri uomini di detto Imperadore. Dipoi il mese di Aprile 1313. stando detto Imperadore in detta città, richiese i Lucchesi, Senesi, Fiorentini, Samminiatesi, Pistolesi, Pratesi, Volterrani, Sangimignanesi, i Colligiani, e tutti gli altri, che in Toscana per parte Guelfa si reggevano, e governavano, di dover mandar Sindachi, e Procuratori con mandato, a giurare e promettere l'osservanza; la qual cosa recusando i Fiorentini, i Lucchesi, e i Senesi, li condannò in certa quantità di danari, privando tutti li Cavalieri, Dottori, e Notai delle lor dignità, e onori, la qual sentenza si dette adì 11. Aprile.

In detto mese i Marchesi di Lunigiana, perchè erano fidelissimi all'Imperadore, mossero guerra

ai

ai Lucchesi, e tolsero lor per forza certe Castella, che erano a canto a' confini di detti Marchesi.

Il Serenissimo Imperadore, a dì 24. detto si partì di Pisa con 3000. cavalli, ed arrivò a San Miniato, ed il seguente dì si partì cavalcando per la Maremma. A 7. di Maggio entrò in Roma, dove da' Colonnesi, e la maggior parte del popolo Romano fu allegramente ricevuto, ed alloggiato a San Giovanni Laterano di là dal Tevere.

Mefser Giovanni Cardinale, figlio del Re Carlo, e fratello carnale del Re Ruberto di Napoli, con gli Orsini, ed altri abitanti di quà dal Tevere s' armarono contro detto Imperadore, occupati prima molti luoghi forti in Roma, e rinforzato massime il Castello Sant' Angiolo, e San Pietro, recusando in detta Chiesa pigliasse la corona, ed ancora passasse in quà dal Tevere. Dipoi veduto l' Imperadore fece ordinar tutte le sue genti, e con una parte il suo gran Siniscalco andò a combattere il Campidoglio, afforzatosi per gli Orsini. E dubitando quelli, che lo guardavano, non poter resistere, si dettero al detto Gran Siniscalco, salvo le persone, e presolo fu fornito per l' Imperadore, il quale il medesimo dì acquistò una Fortezza, chiamata la Milizia. In questo mese le genti Fiorentine, Senesi, e Lucchesi si trasferirono a Roma nel campo del Cardinale Orsini, e fra loro consigliatisi, che il combattere a campo collo Imperadore sarebbe più per perdere, che per acquistare, perchè il detto esercito era più bello, e più forte, che quel de' Guelfi, però presero partito ridursi alle Fortezze, quelle fortificando con ripari, bastioni, e sbarre, e così messero ad effetto in modo che in detti luoghi non si poteva combattere per l' Imperadore,

senza

ſenza gran pericolo, e danno del ſuo eſercito; niente di manco il dì 27. di detto le ſuddette genti Tedeſche con ordine andarono ad affrontare gli avverſarii a detti luoghi così fortificati, ed al primo aſſaltó ne ammazzaron molti, e maſſime Fiorentini, e Luccheſi, per forza entrando dentro alle sbarre; pure tuttavolta virilmente combattendo fuori delle sbarre predette, furon rimeſſi, diſperandoſi la battaglia, nel quale fu morto per la parte dell' Imperadore il Veſcovo di Liegio, e l' Abate del Luziburgo, ed un Nipote del Conte Sabolet, ed altri; e per l'altra parte ne furon morti aſsai, e preſo il Conte di Biſtonno, il quale infra due meſi ſi fuggì, e ſi ritornò di là dal Tevere, dove di tutto era Signore; e gli avverſarii ſuoi di quà da detto fiume, afforzandoſi del continuo, maſſime a San Pietro, acciò quivi non ſi pigliaſse la corona, perchè in quel luogo, di ragione era conſueto coronarſi gli Imperadori, e però con gran forza, e diligenza lo guardavano. Veduto queſto l' Imperadore, e diffidatoſi in detta Chieſa eſser coronato, ſupplicò il Papa Clemente, il quale era in Avignone, gli concedeſse grazia dell' Incoronazione in altra Chieſa di Roma, la quale ottenne; e così per breve fu commeſso al Cardinale Legato, che era coll' Imperadore a far quello effetto, ed a laude dell' onnipotente Iddio, e della Vergine Maria, trionfo, e gloria della Corte Romana, il predetto Enrico fu coronato a 29. Giugno, giorno di San Pietro, e Paolo, con gran pompa, e magnificenza, nella Chieſa di San Giovanni Laterano.

In queſto mezzo ſi fece in Roma il Poteſtà del comune di Firenze con ſei Cavalieri Fiorentini, e

anni

Item promiserunt ac iuraverunt salvare custodire defendere et manutenere Castrum et curiam atque districtum Sancti Miniatis bona fide ad commodum et honorem dicti Castri, et eius honores, et iura et homines ac personas dicti Castri, et curiae atque districtus, et eorum bona et res ab omni iniuria, et gravamine et offensione aut damno vel captura tueri pro posse. Item promiserunt et iuraverunt facere hostem et cavalcatam, et parlamentum dicto Comuni Sancti Miniatis quoties inquisiti fuerint ab regimine quod pro tempore fuerit in dicto Castro vel certo nuntio seu litteris, et dare Castrum Gondae et munitiones suas omnes dicto Comuni Sancti Miniatis, guarnimentum,

et

et disguarnimentum contra omnes ad Potestatis et Regiminis quod pro tempore fuerit mandatum. Promiserunt etiam et iuraverunt non esse in consilio, vel facto, seu assentimento quod Castrum Sancti Miniatis perdat honorem, vel sua iura diminuat, et contrafacere volentibus bona fide restaurabunt, et pro quolibet haec iuramenta renovabunt et renovari facient per omnes homines Gondae et curiae a XIV. annis usque LXX. annos, et demum omnia et singula facere promiserunt dictae Potestatis pro Comuni Sancti Miniatis recipienti et ipsi Communi. Et iuraverunt ad ipsius mandatum et inquisitionem quod quivis Cappellanus, seu Parrocchianus Capellae Sanctae Mariae facit et facere tenetur et debet ipsi Communi quem finem faceret, aut contrafacentem, seu neglectum ullo tempore adpareret communiter vel divisim pro Comuni Gondae poenam C. Marcarum Argenti et singulariter unusquisque poenam centum librarum danariorum Pisanorum dicto Communi Sancti Miniatis et Domino Gualterotto pro Communi iam dicto recipienti solvere promiserunt pro quocumque praedictorum infrascriptorum inobservato; et poena soluta promissa servare perpetuo teneantur doli, et non factorum exceptione et cuiuslibet iuris & legis auxilio et beneficio eius patrocinantibus super his a se publice refutatis. De quibus omnibus et singulis praedictorum perpetuo observandis confessi sunt publice recepisse, et recepturos esse pro se ipsis et suo Communi in primum, et in eorum protectionem atque defensionem castellaniam Castri Sancti Miniatis unanimiter et divisim, de qua protectione personarum et rerum et Castellaniae et Castellanorum privilegiis omnibus iam dictus Dominus Gualterottus Potestas communicato consilio publice eos investivit. Acta sunt haec in oppido Sancti Miniatis in Ecclesia Sanctae Mariae

coram

coram Domino Iacopo Filio Fortiguerrae , Domino Errigo Paganelli , Rodulfo Fidi , Ricovero Oddonis , Primicerio quondam Raynerii , domino Vecchio quondam Virtigani , et Tegrimo Iudice , et aliis pluribus ad haec rogatis testibus .

Quorum promittentium et iurantium nomina sunt haec . In primis Erigus Bonaccursi , et Guido Tiniosi ; Item Borgognettus de Petrafitta , Erigerius Vgolini , Cerretus Martini , Galeottus Pieri , Cambius Boni , Datus Saccucci , Guantho de Sunera , Bolgarinus Guidotti , Ferrus Dorichi , Vgolinus Moriccis , Gratia Cercocodi , Bolgherinus Boccarelli , Gualeranus Belfortia , Ioannes Roncidassi , Cambius Tedaldi , Cato Civilli , Martinus Ardovini , Gerardus Manetti , Baldigettus , Bonaiutus Pugoli , Franciscus Caprucci , Ildebrandinus Sacchi , Iunta Centocode , Alamannus Orlandini , Baro Martini , Tedescus Gerardi , Talentus Bondii , Perente Campiti , Borgugnetus Baronis , Guido Paganuccii , Not. Benavenni Stefani , Vpetingo Ioannis , Riccomannus de Castellare , Daldus Baldonis , Deotifeci Fabrus , Perus Stefani , Compagnus Guarimunonis , Bene Naumathatus , natus Rainardi , Passavante Rainaldi , Porcellinus Neri , Riccolfus Niccole , Crescente Raspaldi , Bonaventura de Opitio , Romanellus Soffredi , Calamellus de Soleia , Prattese Buoni , Ammannatus Saccucci , Bonaccursus , Enrigus Galgani , Alditbelli , Marchisettus Rugerii , Rainerius Guilielmi , Vita Buonacursi , Bencivenni , Buonamicus Morici , Giocoli , Bonfiliolus Toringi , Caldantha Buinaldi , Ansaldus Alamanni , Cremonese Ildebrandini , Bonaccursus Caltorarius , Bongieri Ildebrandini , Pertempo Ildebrandini , Mangiante Borgognetti , Martinus Panichi , Melanese , Donius Guilielmus Rainaldi , Nati , Dolcettus Prugoli , Carlo Bri-

Britii , Paſſarinus Rubadonii , Deotifeci Grigorii , Baro Vituciori , Michaele Grigorii , Deotifeci Buonaccurſii , Migothante Franceſchi , Saracinus Vgolini , Bonae , Bartholomeus Viviani , Segna Vitali , Matheus Ildebrandini , Buiamonte Lambotini , Ardingus Saccucci , Saracenus Doti , Falconectus Buonaccurſus , Bonnone Martini , Diotifeci Brutii , Bonaiutus Bondii , Lumbardus Ammannati , Albertus Magalotti , Berlingerius Matthei , Angellerius Gerardi , Martinus Valentini , Lambertus Alchereli , Soffredi , Riccomannus Ciabatti , Cevolinius , Orlandus Alamanni , Ricoverus Bruni , Deotifeci Bonafede , Aldovinus Cantelli , Giunta Toſingi , Pierus Bonavie , Orlandus Buonaccurſii , Ventura Giorgii , Broccardus Roſſelmini , Riccobardus Bonaiuti , Bonaiunta Ioannis , Provinciale Compagni , Roccobaldus Schodellarius , Petrus Pieri , Vguccio Bandellonis , et Roſſus Ioannis , Riccardus Compagni , Bonfiliolus Vivoli , Sorenna Bonaiuti , Saracenus Giacoli , Iunta Diotiſalvi , Silimmanus Molinelli , Caproleſe Ioannis , Iunta Lambertini , Guidottus Vgolinelli , Ricoverus Porcellini , Gallicus Sacchi , Biſſolus Ioannis , Vgerius Vſimbardi , Strenna Deotiſalvi , Gualterottus Riccomanni , Montanellus Saracini , Iunta Mericonis , Bonaſtrenna Pungoli , Ferrus Deotifeci .

Ego Soldanus Iudex et Notarius Ordinarius his geſtis omnibus interfui , et rogatu dictorum Conſulum , et dictae Poteſtatis mandato ſcripſi , et in publicam formam redegi .

Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus et Boemiae Rex Dilectis viris et Sacri Imperii

rii fidelibus duodecim Defensoribus et Gubernatoribus Populi et Comunis terrae Sancti Miniatis et eius districtus, nec non Consilio et Comuni dictae terrae gratiam Regiam et omne bonum. Inter cunctas sollicitudines, quae Regiae Maiestatis pulsant animum & ex negotiorum circumstantium qualitate innumera, distrahunt usquequaque, ad hoc nostra praecipue fertur intentio, ad hoc etiam nostrum desiderium sinceris affectibus inclinatur, ut tempore felicis nostri Regiminis, pacis gaudia subditis accuratius procuremus, & eorum statum in fundamento solido, super quo fidelitatis & iustitiae firmiora opera aedificari valeant, regulari quodam ordine, & provisione gratuita reponamus. Nam quanto maiori studio in promissis de salute Populi providetur, tanto regalis sublimitas propensiori fructu se refertam conspicit, & benedictionum impendiis quae debent bonis Rectoribus habere ratam. Sane vestrae fidelitatis immota costantia, aliaque virtuosa opera, quae tota mentis solicitudine et labore continuo pro reverentia et honore clarae memoriae Divorum Imperatorum Regnorum Romanorum Praedecessorum nostrorum et Sacri Romani Imperii, aeque nostro notabiliter et utiliter impendistis, personas et res vestras frequenter exponentes periculis et iacturis ad Regalem clementiam merito intercedunt, ut vobis super infrascriptis gratiis et concessionibus ex quibus pacis iustitiae et boni comunis comoda vobis non dubitatis occurrere et fructum provenire speratur manu munifica specialem gratiam faciamus. Et ut in vestrae fidelitatis et devotionis studio erga Maiestatem nostram nostrosque Successores Imperatores & Reges Romanos praeclaros, qui pro tempore fuerint, ac Sacrum Imperium tanto maioris sinceritatis affectu persistere valeatis, quanto ampliori munificentia a nobis fueritis insigniti super infrascri-

ptis vestris petitionibus vobis taliter duximus providendum. Supplicastis siquidem ut libertas & libera facultas Comunis Sancti Miniatis & iura, iurisdictiones, castra, comunitates, territorium, et districtus ipsius a decem annis citra et aliunde retro per ipsum Comune possessa vel quasi intelligantur et sint rite et recte possessa, vel quasi fuisse et esse, quamquam praedicta intelligantur, & sint, fuisse & esse exempta a quocumque onere & servitute, tam a singularibus personis, quam universitatibus, & collegiis quibuscumque. Nos vero de regali clementia praedicta concedimus, & tenore praesentium indulgemus, sed intelligi volumus esse concessa sine iuris praeiudicio alieni; nam de iure nostro & Imperiali vobis condescendimus ex gratia speciali. Item supplicastis, quod pedagium, gabellae, & vectigal, & cetera omnia fiscalia a decem annis citra & aliunde retro per dictum Commune possessa, vel quasi intelligantur, & sint rite & recte possessa, vel quasi. Nos quum haec sint Regalia, indulgendum decernimus, nam nulli sit praeiudicium, nisi iuri nostro. Placet etiam nostrae Regiae Maiestati, quod per aliquam concessionem hactenus factam per retro Divos Principes Romanos praedicta ad dictum Commune Sancti Miniatis pertinentia, & quodlibet eorum, nullam diminutionem vel praeiudicium recipiant seu etiam laesionem. Sed quod in supplicationibus vestris huiusmodi videbatur adiectum, videlicet quod nulla alia persona vel universitas possit in terra Sancti Miniatis, & eius districtu aliquod pedagium vectigal seu aliam cuiuscumque generis exactionem facere, vel aliud onus imponere, vel exigere, recipere, seu iurisdictionem aliquam exercere, nisi Commune praedictum Sancti Miniatis, vobis concedimus gratiose, intelligendo tamen auctoritatem

Im-

Imperatoris exceptam, ita quod ipse Imperator vel Rex non concedat alteri vel committat. Insuper supplicastis quod Officium Duodecim Terrae Sancti Miniatis cum balia & potestate quam nunc habet, vel in futurum daretur per ipsum Commune, sit, & sint Vicarii Regiae & Imperialis Maiestatis. Et omnes & singuli Officiales electi & eligendi in dicto Communi per ipsum Commune intelligantur, & sint electi legitime, & per eos regi debeant, & non per alios, vel alio modo, sed per ipsum & de eis per dictum Commune Sancti Miniatis fiat electio, quot, & quos eis placuerit & visum fuerit; placet Regiae Maiestati quod sint & esse debeant Vicarii reservata superioritate dominii, & quod Regi vel Imperatori teneantur tamquam vero suo Domino obedire, quamquam regant Vicariatum ad honorem Regis vel Imperatoris ipsius, & Commune eligat Officiales seu Rectores rationabiliter secundum formam statutorum municipalium & ordinamentorum dictae terrae, & non per alios seu alio modo debeat Communitas ipsa regi. Ad haec per vos extitit supplicatum, quod dictum Commune Sancti Miniatis possit leges & ordinamenta componere, & hactenus factae sint firmae & validae, & secundum mores & eorum consuetudines vivere & regere & fieri potuisse, & validum robur habuisse, & nunc & in futurum habere per Maiestatem Regiam concedatur, nec in dicti Communis praeiudicium vel laesionem seu libertatis vel iurisdictionis concessionem facere, sed factam potius revocare tam de ipsa terra, quam de viribus supradictis, & ipsam libertatem & iura Civitatis praedictae defendere & manutenere dignetur ipsa Regia & Imperialis Maiestas. Nos de Regali benignitate statuta edita & edenda adprobamus, dum tamen habito respectu ad conditionem & universalem

 loci

loci personarum , & temporum sint rationabilia , nec concedetur privilegium quod sit in praeiudicium iuris vestri , & sic sint contenta in Capitulo , videlicet quod ipsas concessiones ex certa scientia & de Romanae Regiae potestatis plenitudine revocamus lege aliqua loquente in contrarium , per quam revocationi praedictae derogari valeret , nullatenus obsistente ; salvis iuribus legitime possidentium vel quasi , seu etiam legitime possidentis , vel quasi ; quae quidem omnia & singula superius vobis concessa seu indulta intelligi volumus vitae nostrae temporibus duratura . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam concessionis & indulti nostrorum infringere , vel ei ausu temerario contraire . Siquis autem hoc attentare praesumpserit Indignationem nostram Regiam se noverit graviter incursurum , & pro poena mille marcas auri puri componat , quorum medietas Fisco nostro Regali , reliqua vero medietas passorum iniuriam usibus veniat adplicanda ; decernentes nihilominus irritum & inane si quid contra praedicta a quoque , quavis temeritate contigerit attentari , praesentium sub nostrae Maiestatis sigillo testimonio litterarum .

Datum Pisis Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto Indictione octava II. Idus Martii Regnorum nostrum Anno nono ,

Carolus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus , & Boemiae Rex . Dilectis nostris & Sacri Imperii fidelibus duodecim Defensoribus & Gubernatoribus Populi & Communis terrae Sancti Miniatis , & eius districtus , nec non Consilio & Communi dictae Terrae Gratiam Regiam & omne bonum . Etsi Regalis magnificentia , quae a Domino Deo gladium ad vin-

dictam

dictam malorum , ad laudem vero bonorum accepit , delinquentium crimina non debeat relinquere impunita, rigorem tamen huiusmodi censuit clementia & mansuetudine in illis misericorditer temperandum , qui non ex culpa propria , sed aliorum impressionibus corruentes, forsitan in delictum conantur se virtuosis operibus facultate adveniente temporis reparare post lapsum. Oblata siquidem pro parte vestra Celsitudini nostrae Regali devota & humilis supplicatio continebat , quod omnes & singulae condemnationes , & banna , siqua data & lata fuerint per retroprincipes seu alios eorum vice & nomine contra Commune Sancti Miniatis vel singulares Personas eiusdem , seu quoquomodo in dicti Communis praeiudicium vel personas data, lata seu sancita fuissent , seu etiam in diminutionem vel praeiudicium libertatis & iurisdictionis cuiuscumque generis Communis praefati decernerentur per Maiestatem nostram Regiam cassa irrita & nulla , & nullius esse , seu esse debere valoris, & ab ipsa & ipsis intelligeremini & essetis libere absoluti, & in omnibus & per omnia restituti in integrum per eamdem Regiae Clementiam Maiestatis. Nos igitur attendentes fidem & legalitatem vestram , aliaque opera virtuosa , quae in conspectu Maiestatis Regiae plurimum sunt accepta ; & volentes in hac parte gratiose favere consensu , omnes & singulas condemnationes , sententias , forbannitiones , & processus per quoscumque Divos Romanorum Imperatores & Reges praedecessores nostros contra Commune vestrum , seu singulares eius personas aut etiam in territorium , seu districtum , aut loca vel pertinentias eius latas, factos seu factas, necnon , & quascumque poenas , infamias , notas , inhabilitates , seu defectus , qui ex his sequi vel infligi a lege vel ab homine seu contrahi potuissent vel

possent, aut forsitan sint inflictae, contractae vel commissae, seu contrahi, quatenus processerunt contra Commune praedictum, Antecessores, & progenitores vestros, vosque, seu vestros posteros, seu vestrum territorium, pertinentias, & districtum, quovis modo possent contingere, innovare, de innata nobis clementia, auctoritate Romana Regia, tollimus, remittimus, relaxamus, indulgemus, & totaliter, ac in perpetuum abolemus, vosque & vestrum singulos, necnon singulares personas dictorum locorum & cuiuslibet eorum, quin imo locum Sancti Miniatis praedictum adversus sententias, processus, & forbannitos huiusmodi plenarie, & de singulari gratia in integrum restituimus, etiamsi sententiae, forbannitiones, aut processus ipsi vel eorum aliqui executionem aliquam assequuti fuissent omnem defectum seu errorem, siquis in sublatione, remissione, relaxatione, & abolitione huiusmodi commissus forsitan exstitisset, statuto vel lege quacumque in contrarium obstantibus, supplentes de Romanae Regiae plenitudine potestatis. Ceterum supplicatio vestra similiter continebat, quod omnem exactionem, omneque ius, & omne debitum, quod contra Commune vestrum per Maiestatem Regiam occasione cuiuscumque census, vel alicuius debiti praeteriti ex quacumque causa ordinaria, vel extraordinaria, seu mixta indicti, aut ex onere qualicumque alias impositi peti, & exigi possent a dicto Communi vel speciali persona Communis eiusdem, & omne, & totum, quod tam pro praeterito, quam futuro tempore deberetur, considerata dicti Communis impotentia, relaxare & remittere de speciali gratia dignaremur. Nos considerata huiusmodi vestra impotentia, vobis, & vestrum singulis de singulari gratia pro nobis & Sacro Imperio, Nostrisque successoribus Imperatoribus & Regibus Romanorum, Auctoritate

Roma-

Romana Regia de certa scientia, relaxamus, tollimus, & remittimus in perpetuum, & totaliter in his scriptis omnia & singula & debita praecepta vidimus in censibus proventibus redditibus, & quibuscumque emolumentis, de terris, locis, & hominibus Sancti Miniatis praedicti, vel quibuscumque rebus consistant, ad quorum solutionem nobis & Sacro Imperio usque in praesentem diem esse possetis, vel estis quomodolibet obligati, vosque & vestrum Commune quietos absolutos & liberatos dicimus, reddimus, & decernimus per praesentes tam de solutione omnium praedictorum, quam de praestanda & reddenda nobis, vel dictis nostris successoribus nomine ipsius Imperii super his qualibet ratione; ita tamen quod ex nunc in antea Censum Romano Imperio debitum & consuetum statutis temporibus Camerae nostrae Regiae absque contradictione, difficultate, vel diminutione qualibet persolvatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam remissionis, relaxationis, & abolitionis nostrarum infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem nostram Regiam se noverit graviter incursurum; & pro poena mille marcas auri puri componat, quarum medietas Fisco nostro Regali, reliqua vero medietas passorum iniuriam usibus veniat applicanda. Decernentes nihilominus irritum & inane si quid contra praedicta a quocumque, quavis temeritate contigerit attentari, legibus constitutionibus indultis privilegiis seu reformationibus in contrarium loquentibus, per quas, seu quae dictis nostris gratiis et earum effectibus obviari valeret de certa nostra scientia et potestate praedicta per omnia derogantes praesentium sub nostrae Maiestatis Sigillo testimonio litterarum. Datum Pisis Anno

Domini Millesim° trecentesimo quinquagesimo quinto. octava. Indiction. II. Idus Martii. Regnorum nostrorum Anno nono.

In nomine Domini amen, &c. Anno Domini ab Incarnatione MCCIIIC. die nona mensis Decembris indictione decima. Pateat omnibus visuris hanc paginam evidenter, quod Iacominus quondam Vermigli Alfani de Alfanis de Florentia certa scientia, non per aliquem errorem iuris vel facti: volens se omni exceptione remota ad infrascripta omnia, & singula efficaciter obbligare per se, & suos haeredes, sua spontanea voluntate vendidit, & titulo venditionis cessit, concessit, & mandavit Ser Guidoni Notario quondam Bonaventurae de Samminiato Syndico ipsius communitatis Samminiatis ad haec specialiter constituto, ut continetur pubblico documento praenotato manu Mei Notarii, recipienti, stipulanti pro ipso Communi Samminiatis, & eius vice, & nomine, fructus, redditus, & proventus, seu obventiones, sive usufructus terrarum, & possessionum plagiarum, sive culmatarum fluminis Arni Imperialium positarum in districtu Samminiatis iuxta ipsum flumen, ex parte mendici, seu citra ipsum flumen, in quibus idem Iacominus asserebat se ius habere a Domino Imperatore, sive eius Nuntiis, ita quod Commune Samminiatis percipiat & percipere possit totum, & quidquid de ipsi plagis, sive culmatis consuetum erat percipi, seu percipi potuit per Imperatorem Romanorum, sive eius Nuntios; et in praedictis erigendis, recolligendis, & percipiendis, idem Iacominus dedit, cessit, concessit, atque mandavit eidem Syndico recipienti, ut dictum est, omnia iura, & actiones, quae sibi competunt

tunt, seu competere possunt quacumque ratione, vel causa, seu & quacumque obbligatione, concessione, datione, sibi factis a Domino Imperatore, sive eius Nuntio, vel Nuntiis; faciendo, & constituendo dictum Syndicum recipientem, ut dictum est, & ipsum Commune Samminiatis Dominum, & Procuratorem in rem suam, & ponendo eum in locum suum, dat, & concedit eidem Syndico recipienti, & stipulanti, ut dictum est, accipiendi possessionem, vel quasi possessionem omnium praedictorum, & interim donec receperit constituit se pro dicto Communi in posterum possidere, seu quasi possidere. Quam venditionem, iurium cessionem, & concessionem, & omnia & singula suprascripta; idem Iacominus solemni stipulatione promisit, & convenit dicto Syndico recipienti, & stipulanti, ut superius dictum est, perpetuo facere, & ratam habere, & tenere, & observare, & contra per se, vel alium aliqua ratione, vel causa de iure, vel de facto non facere, vel venire, seu aliquod fecisse in contrarium praedictorum, seu propter quod iura praedicta in aliquo minuentur, seu laedantur, sed potius defendere, auctorizzare, & disbrigare, ab Imperio Romano, & eius Nuntiis, & qualibet alia persona petente seu obtinente vices Imperii, seu quae succederet Imperio, infrascripto modo videlicet. Si Dominus Imperator, vel eius Nuntius, seu Nuntii, seu alia Persona, quae obtineret, seu gereret vices Imperii, seu quae succederet in Imperio, vel iuribus Imperii, de ipsis fructibus, obventionibus, seu redditibus, seu perceptione ipsorum moveret Communi Samminiatis, seu singularibus Personis ipsius Communis litem, brigam, quaestionem, vel molestiam, ipsam quaestionem, litem, vel molestiam in se suscipiet, etsi dictam brigam, litem, quaestionem, & me-

molestiam in se non susciperet. Idem Iacominus, ut dictum est, seu succumberet, vel non defenderet, seu defendere non posset, quod eo casu reddere, & restituere teneatur dicto Communi Samminiatis infrascriptum pretium, & aliter defendere, vel ad pretii restitutionem non teneatur, pacto etiam apposito in praesenti contractu; quod si Imperator, vel Romanorum Rex praesens, vel futurus, vel habens ius ab eo, seu eius locum tenens vellet ad fructuum, vel usufructuum seu fructuum perceptionem habere, vel quando Dominus Iacominus restitueret pretium infrascriptum in casibus praedictis, ut dictum est, quod eo casu Commune Samminiatis teneatur non uti, nec uti possit per se, vel alium ulterius iuribus praedictis, in exactione praedictorum fructuum, seu reddituum praedictorum, nec eis intelligatur ius aliquod acquisitum esse in praedictis, solvendo in casu inhibitionis praedictae ille, vel illi, qui dicti fructus, seu redditus, & proventus percipere vel habere vellent a dicti Communi Samminiatis mille ducentos Florenos aureos. Et si dictus Imperator, vel Romanorum Rex, vel eius Nuntius, seu qui iura Imperalia obtineret, repeteret, vel exigeret a Communi Samminiatis sive singularibus Personis ipsius Communis fructus, qui perciperentur, seu percipi possent, ab ea hora in antea, usque quod restitueretur pretium suprascriptum, quod in eo casu idem Iacominus, seu eius haeredes defendere, autorizzare, & disbrigare teneantur Communi praedicto, & singularibus personis ipsius Communis fructus, redditus, vel proventus, per eos perceptos pro tempore suprascripto, & totum, & quidquid esset solutum seu exactum de fructibus praedictis integre resarcire, cum refectione damni, & expensarum. Item idem Iacominus per se, & suos haeredes fecit dicto Syndico,

dico, recipienti pro ipso Communi, & etiam recipienti pro singularibus Personis ipsius Communis, quorum interest, vel interesse, seu interesse possit finem, liberationem, transactionem, & pactum de ulterius non petendo, de fructibus, obventionibus, vel proventibus dictarum Plagiarum, vel Culmatarum Imperialium perceptis, vel habitis quantumcumqne per dictum Commune, vel singulares personas ipsius Communis usque ad hunc diem, in quibus ipse Iacominus aliquod ius haberet, seu potuisset habere, & de omni, & toto eo, quod pro dictis fructibus, seu eorum occasione a dicto Comuni, vel singularibus Personis ipsius Communis petere vel exigere posset, promittens quod de ipsis fructibus perceptis pro tempore suprascripto per se, vel per alium, litem, brigam, seu molestiam non inferre, nec inferri facere, renunciando omnibus rapresaliis, & rapresaliarum concessionibus, quae sibi ac occasione concessa fuissent, a Communi Florentiae contra Commune Samminiatis, seu singulares Personas ipsius Communis; volens & nunc ipsas rapresalias, & rapraliesarum concessiones esse cassas, irritas, & pro cassis, irritis, & inanibus haberi, promittens dicto Syndico recipienti, & stipulanti, ut dictum est, ipsis represaliis, vel aliqua ipsarum per se, vel alium amplius non usurum. Quae omnia, & singula promisit, & convenit dictus Iacominus per se, & suos haeredes dicto Syndico recipienti, & stipulanti, ut dictum est, perpetuo, & rata habere, tenere, & observare, & contra per se, vel alium aliqua ratione, vel causa non facere, vel venire de iure, vel de facto sub poena, & ad poenam dupli pretii infrascripti, quam poenam toties dare, & pagare promisit, & convenit solvere Syndico suprascripto recipienti, & stipulanti, ut dictum est, quoties fuerit in aliquo contra-

trafactum , & pro quolibet dicti Contractus Capitulo non servato. Item reficere & restituere omnia , & singula damna , expensas , & interesse litis , & extra propterea receptos fructus , qua poena soluta , vel non, damnis , & expensis restitutis, vel non, praedicta omnia nihilominus firmiter perdurent , & debeant , & efficaciter observare. Pro qua venditione idem Iacominus nomine iusti , & veri pretii se habuisse , & recepisse confessus , & sibi datos, traditos, & numeratos esse a dicto Syndico praedicti Communis Florenos mille ducentos de bono & puro auro , ad libram , & rectum pondus Florenorum , renuncians exceptioni dicti pretii non habiti , & non recepti , & sibi non numerati , & traditi , & dicti Contractus non sic facti , & non celebrati , reique praedicto modo non gestae sine causa , vel ex iniusta causa in factum actioni , exceptioni dotis , mali , omni alii iuri , & legum auxilio patrocinante , vel competente modo aliquo in praedictis , vel aliquo praedictorum ; obbligando expresse generaliter , vel specialiter pro praedictis omnibus & singulis observandis firmiter , & tenendis se ipsum Iacominum , & eius haeredes , & bona omnia praesentia , & futura suprascripto Syndico recipienti , & stipulanti , ut supra dictum est . Inquibus omnibus, & singulis suprascriptis , et quolibet ipsorum adimplendis , et servandis Lapus quondam Brunetti de Alfanis de Florentia , et Giannes quondam Forensis Alfani de Florentia , et quilibet ipsorum totaliter , et in solidum precibus , et mandato dicti Iacomini fidei iubendo pro eo, et se specialiter , et in solidum obbligando et certa scientia , et ex consulto , volentes se ad infrascipta omnia efficaciter obbligare solemni stipulatione promiserunt dicto Ser Guidoni Syndico recipienti , et stipulanti , ut dictum est , se facturos ,

ßuros , et curaturos ita , et taliter omni iuris , et facti exceptione , et defensione remota , quod dictus Iacominus observabit , adimplebit , et efficaciter faciet omnia , singula suprascripta a se promissa , et quod ipsi , et quilibet ipsorum observabunt, facient , & adimplebunt omnia , et singula per ipsum Iacominum promissa de eorum proprio ad poenam , et sub poena dupli pretii suprascripti , quam poenam toties dare , et pagare promiserunt , et convenerunt , quoties contra praedicta omnia et singula non fuerint observata , obbligando pro praedictis dicti fideiussores , et quilibet ipsorum se ipsos , et eorum , et cuiuscumque ipsorum haeredes , et bona tam habita , quam habenda ; renuntiando beneficio novarum constitutionum de pluribus reis defendendis , et de fideiussoribus , et Epistolae divi Adriani , exceptioni doli mali ; conditioni sine causa , vel ex iniusta causa , in factum , actioni , et omni alii iuris et legum auxilio , quae se ad praedicta , vel aliquo ipsorum possent defendere , vel tueri ; Qui Giannes confitens se maiorem quatuordecim annis , minorem viginti quinque iuravit ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis scripturis contra praedicta , vel aliquod praedictorum ratione , vel occasione minoris aetatis , aut alia qualicunque non facere , vel venire. Quibus praedictis Iacomino Lapo , et Gianni , et cuilibet ipsorum volentibus , et confitentibus praedicta ; Ego Mattheus Notarius infrascriptus praecipio , nomine quarantigiae , ut praedicta omnia , et singula facient , et observent , ut supra scriptum est.

Actum Florentiae in Domo d. Domini Iacomini posita in loco dicto Cafaggio , praesentibus Domino Baldo de Aghiglione Iudice , Domino Gherardino Iudice de Samminiato , Magistro Alberto Medico , Ser Benincasa Not. da Gavilla Vallis Arni , et Ser Curtio

Anno MCCCIII. Benedictus undecimus Pontifex creatus est, qui primis sui Pontificatus diebus Agarecium Sarramque Columnenses, & quinque Ananiae cives illis faventes, qui Pontificem ceperant, excommunicavit, Ioannemque, & Iacobum Cardinales Sarrae filios tamquam iniuste a Bonifacio damnatos restituit, Regemque Franciae ad pristinam suam dignitatem redintegravit; operibusque pacis intentus Nicolaum Pratensem Cardinalem ad res Florentinorum componendas Florentiam misit, qui viginti in ea urbe in Reipu-

tio Not. de Florentia rogatis, et vocatis testibus ad praedicta.

Postea vero suprascriptis anno, indictione, et loco, et die decimo mensis Decembris, praesentibus Magistro Alberto Medico de Florentia, Chele Ammoniti, Dengo Domini Albizzi de Rubeis, et aliis pluribus testibus ad hoc vocatis, et rogatis, Iacominus, praedictus ex certa scientia, et non per aliquem errorem iuris confessus et contentus fuit se habuisse, et recepisse pretium suprascriptum venditionis, scilicet Florenos mille ducentos de bono et puro auro, ad libram et certum pondus Florenorum a Ser Guidone Syndico praedicto Communi Sammintatis solvente, & dante, renunciavit idem Iacominus exceptioni dicti pretii non habiti, non recepti, et sibi non soluti, et integre numerati.

Ego Mattheus quondam Viglielmi de Samminiate Imperiali auctoritate Notarius.

publicae curam Vexilliferos creari curavit; ſed ut exſules reverterentur impetrare non potuit, quamquam eos in agrum Mugellanum advocaſſet. Igitur, interdicto contra Florentinos vulgato, Pratum ſe contulit. Quo Anno Franciſcus Petrarcha natus eſt. Et Belgae cum Francis cruentum mari, & terra certamen fecere, collectiſque de integro ab utriſque militibus, dum ſe pugnae expediunt, timore mortis perculſi, pacificantur.

Benedictus octavo ſui Pontificatus menſe naturae conceſſit, undecimque menſibus vacavit Sedes Romana, Patribus de novi Pontificis electione non convenientibus. Florentini interea exſules ad portam, quae Bononiam ducit profecti, urbem ingreſſi ad Divi Ioannis uſque templum nemini noxii pervenere. Tum vero ſe victores exiſtimantes praedae in inimicorum aedibus, amicorumque colloquiis intenti, ab adverſae factionis civibus urbe pulſi ſunt. Deinde victores inſidias veriti, quum ſuorum opera urbem a Gibellinis diutius tueri non poſſent, Robertum Calabriae Ducem ea lege ceperunt in Dominum, ut ei in annum imperium cederent, bellique & pacis poteſtatem permitterent. Ad eius adventum iunctis Lucenſium copiis Piſtorium adorti ſunt, ubi Gibellini exules, Piſtorien-

ſeſque

ſeſque, eruptione facta, Roberti, & Florentinorum copias ad Prati uſque moenia magna clade pepulerunt. Patres interea Peruſii agentes Bernardum Epiſcopum Burdigalenſem Pontificem creavere, Lugdunumque eum detulerunt, & Clemens Quintus adpellatus eſt: Hic Patrum Concilium Auguſto menſe in Gallias advocavit; ubi poſtea Curia Romana quinque & ſeptuaginta annis conſedit. Fuere in huius Pontificis coronatione magno Gallorum plauſu Philippus Franciae Rex, & Carolus eius frater iam ex Italia reverſus, Ioanneſque Britanniae Dux, tantaque Procerum multitudo, ut quum Pontificis aula adſtantium multitudine premeretur, magno fragore corruerit, Ioannemque Ducem ea ruina oppreſſerit. Philippus ipſe Rex latere debilitatus, & Pontifex inter murorum ruinas ſemivivus evaſit, iaſpide nobiliſſimo ex tiara amiſſo.

His peractis plures Cardinales Galli ab eo creati ſunt, quum ex Italia nullum eligere placuiſſet. Deinde miſit tres Legatos ex Patrum numero in Italiam cum Senatoria poteſtate, ne deſertae ab ſe urbis curam reieciſſe videretur.

Adoardus praeſtantiſſimus Anglorum Rex eo anno moritur; cui filius eiusdem nominis in regno ſucceſſit. Ea tempeſta-

te

te diffidentibus Pisanis cum Genuensibus, barbari Sardiniam Pisano populo subiectam occupavere, quam Pontifex ita demum Friderico Aragonio recuperandam concessit, si sacramento se adstringeret insulam suo sumtu recuperare, & Barbaros loco deiicere. Ii, quum Rege urgente in montana, ac saltuosa loca se recepissent, quum magno invaderentur a Friderico incommodo, illos eo in loco pacifice habitare permisit, si se Christianos facerent. Is locus in hodiernum usque diem *Barbaria* dictus est, ubi ii alienis moribus viventes, quia feris similibus capillis fluentibus, inculti, horridique vitam in silvis degunt, quorum maxima pars veneno vescitur.

Carolus insequentem annum inito cum Venetis foedere contra Andronicum Palaeologum paravit. Is eius rei certior factus Pontifici promisit Romanae Ecclesiae unionem se servaturum, si vim sibi paratam prohiberet. Quod quum Pontifex facere admitteret. Carolus impensa facta, & adparatu, quum acrius resisteret, proposito cessit.

(1) Nova deinde haeresis in Novaria urbe exorta, quum eius auctores urbe pelli inter-

M

(1) Huius haereseos auctorem fuisse Dulcinum quemdam Eremitam *Villanius* refert, rudem quidem ho-

terdictum, fame potius perire, quam conceptam animo haeresim relinquere voluerunt. Quo etiam tempore Philippus Iudaeos omni Gallia expulit, bonaque eorum publicavit.

Non multo post Hospitalarii milites Rhodum insulam pridem, a Turcis occupatam, recuperaverunt. Scaligeri ea tempestate Veronae dominabantur; Passerini Mantuae; Carrarii Paduae; Estenses iampridem Ferrariam obtinuerant, deinde Mutinam & Regium. Anno post Iubilaeum secundo validae opiniones pervenerant cum in Lombardia, tum etiam in Regno Neapolitano, ut Carolus eorum Rex Beatricem Filiam ex uxore Maria conceptam Azzoni tunc

hominem, qui se verum Christi Apostolum praedicabat, & omnia communia esse dicebat, tam res, quam feminas, ceteraque Christianorum bona. Hinc Pontificem, Praelatosque, ceterosque Sanctae Ecclesiae rectores, veluti Apostolicae vitae inobservantes arguebat. Circa tria millia hominum suae partis habebat, montesque incolebat, & quum commeatus inopia laborabant, e montibus descendentes vi rapiebant, & ad montes redibant. Tamdem a pluribus suis destitutus sectatoribus, quos huius infamis vitae taedebat, a Novariensibus captus una cum Margarita amica sua, aliisque quampluribus tam masculis quam feminis, ad flammas damnati ultimo supplicio adficiuntur. Vide *Villanium Cap. LXXXIV. Lib. VIII.* Mecatt.

tunc Marchioni Estensi in matrimonium copularet. Qui primo matrimonii anno a Frisco filio ex priore uxore suscepto, dolo captus in carcerem coniectus ab eodem, necatus est. Is postea Venetorum praesidio fretus Azzonis dominium occupavit. Hoc tam faedum facinus adeo Ferrariensium animos permovit, ut ad Pontificem rem in Galliam detulerint, & opem ab eo contra parricidam expostulaverint, simul orantes, ut Frisco pulso Ferrariae dominium recuperarent. Pontifex non aspernatus nepotem Cardinalem *Pelaguram* Bononiam (1) ad res Ferrarensium inspiciendas cognoscendasque misit, & ut Venetis inhiberet, ut ab Ecclesiae Romanae terris, Ferrariaque, abstinerent. Hanc Pontificis monitionem Veneti contemsere, adserentes non esse sui officii hominibus liberis, & rem propriam curantibus imperitare. Ceterum Ferrarienses tumultu in urbem facto a Frisco defecere, & se Pontifici tradidere.

Friscus ad ultionem intentus ex arce, in quam confugerat, mediam paene urbis, partem incendit; civesque defensores urbis quum a Legato nil opis praeter verba habuis-

 sent

(1) Villanius habet, *Cardinal Pelagrù Nepote, e Legato di Papa*. Mecatt.

ſent Venetis ſe permiſere. His contumeliis Pontifex incitatus Avinione coacto Patrum concilio Venetis ſacra interdixit, Pelaguraque Legato (1) mandavit ut Crucesignatos Bononiae convocaret, illoſque in Venetos, & Ferrarienſes duceret. Praeterea ſanciri eodem concilio curavit, ut qui Veneti eo in bello capti eſſent ſervi hoſtium fierent venderenturque; quae res mercatores Venetos in Gallia negotiantes magnis adfecit incommodis, itaque deinde accenſus Florentinis ut Piſtorio abſtinerent juſſit. Quod illi non fecerunt, & Lucenſium ſocii facti acrius Piſtorium invaſere. Simile interdictum Roberto Duci Calabriae factum eſt. Cuius metu Robertus permotus, etſi Florentinorum fautor, tamen excommunicationis timore, quo Florentinos irretitos acceperat, permotus, Avenionem contendit.

Interea Piſtorienſes longa obſidione Florentinorum depreſſi deditionem fecere. Moenia a Florentinis ſolo aequata, & foſſum oppletum, agerque eorum inter Lucenſes & Florentinos diviſus, & urbis pars Flo-

(1) Florentini pro hac expeditione facienda equites peditesque Legato Cardinali miſere, ut videre eſt *Cap. CXV.* laudati *Villanii ad Lib. VIII.* & inferius legi poteſt in noſtro Scriptore; & hoc in cauſſa fuit cur ab interdicto abſolverentur. *Mecatt.*

Florentinis atque Lucensibus subiecta permansit, hacque victoria exsultantes in Mugellanum duxere, Acinicumque Vbaldinis subiectum occupavere, diruerutque, cultoribus ad Scarpariam translatis.

Pontifex Neapoleoni Vrsino in Etruria Legato mandat, ut anathema in Lucenses, & Florentinos mandatum suum spernentes continuaret. Quia ex re alienati ab eo Florentini Clerum dictioni eorum subiectum gravissimis exactionibus adflixere. Deinde, quum divina & humana promiscue parvi facerent, Cursium Donatum eorum Civem bene de eorum Republica meritum eorum acta increpantem interfecere. (1) Id sui aegre ferentes, quorumdam civium adversae factionis caede, Donati mortem vendicavere. Arretini item eadem tempestate & Miniatenses civilibus seditionibus agitati multa nefanda perpetravere. Namque Arretini Tarlatos, nobilesque in ea urbe viros, & bene de eorum Republica sentientes, Guelfis eorum hostibus intromissis urbe eiecerunt. Miniatenses vero Rodulphum Ciccionium Equitem splendidissimum cum duobus filiis, auctore Ioanne

(1) Caussam cur Cursius interfectus fuerit diversam refert *Villanius Cap. XCVI.* Potissimam tamen eam fuisse, quod primatum Vrbis sibi abrogare vellet, ostendit. *Mecatt.*

Mangiadorio, & Michaele Bonincontrio proavo meo, a sacrorum solemnibus exeunte, foede interfecerunt, eorum fautoribus oppido expulsis.

Ceterum Florentini Lucensibus ingrati, Pistorio instaurato, illud suae dictionis fecere; & Vguccio Fagiolanus Tarlatos sibi cognatione propinquos in patriam restituit, adversa factione armis prius expulsa. Quo tempore Pelagura Legatus Pontificis Florentinorum anathema suspendit, & Cruce signatorum auxilio fretus, Florentinis faventibus, Ferrariam recuperavit, Venetis qui ibi in praesidio erant interfectis.

Anno salutis octavo supra trecentesimum & millesimum Pontifex Venetis, Lucensibus, & Florentinis pacem dedit; & Albertus Imperator navi ex Reno flumine descendens a nepote suo occiditur, quia eius haereditatem Imperator occupaverat, & in eius locum electus est Henricus VII. Is sedit in Imperio annis quatuor, & mensibus octo.

Carolus Neapolitanus Rex anno quarto & vigesimo sui Regni, & aetatis sexagesimo moritur Neapoli, & decima post die coelum serena nocte ardere visum est, metusque futuri diluvii omnium mentes invasit. Eius cadaver in Provinciam translatum

tum fuit. Hic corpore debilis, nam casu nescio quo, claudus factus est. Multa tamen & egregia varia ab eo gesta sunt. Compertum habeo neminem Siciliae Regem tantos creasse proceres. Namque Romanello Ursinio (1), Gentilis filio, Nolae Comiti a patre instituto magistratum Iustitiarum, primum ex septem Regni magistratibus addidit; cui etiam dedit in uxorem Anastasiam adfinem suam Guidonis Montisfortis filiam, quae erat Nolae Comes. Bartholomaeo Siginulpho Neapolitano Comitatum Casertae, quem etiam magnum Cancellarium Regni fecit; (2) & Sergio eius fratri Comitatum Thelesii, Regnique Admiratum creavit. Goffredo Caietano Ananiensi Bonifacii Pontificis ex fratre nepoti Fundorum Comitatum, data sibi in matrimonio Aquila fundorum Comitis (3) iam defuncti filia, ad quam paterna successione Comitatus ille attinebat (4). Hermingardo Sobrano Areiani Comitatum, in qua familia per nonaginta annos continuatus est, quoad alterum eiusdem nominis a Ladislao depositum pervenit, Sfortia Cotignola illi suffecto. Beltramo de Baltio iuniori Comita-

M 4 tum

(1) In Annalibus habet *Soanae Comiti*. Mecatt.

(2) *Costus* habet *Ruperto*. Mecatt.

(3) In Annalibus habet *ex Sorore Nepoti*. Mecatt.

(4) *Costus* habet Erminiano. *Mecatt.*

tum Montis Caveosi. Hic Beatricem eiusdem Caroli filiam postea duxit uxorem. Riccardo Claramonti Claramontis comitatum; Ioanni Monforti Comitatum Montis fortis; Nicolao Sangro quatuor & decem oppida dono dedit. Praeterea non minoribus animis Religioni intentus, duo & viginti in Regno Neapolitano sacras aedes construxit, quas magno aere ditavit. Neapoli Divorum Laurentii, Dominici, & Petri (1) Martyris aedes; Episcopatum etiam poene dirutum restituit; molemque in mari immensi sumptus fecit, & multa praeterea de quibus singillatim dicere si vellem longius ab incoepto distraheret, & alio properare res ipsa admonet.

Eo anno per omnem Siciliam terremotus validi, & paulo post pestilentia ingens exorta Regnum Neapolitanum magnis calamitatibus oppressere.

Duxerat Carolus uxorem Mariam, de qua meminimus, ex qua quatuor & decem filios genuerat; & quum nullo condito testamento decessisset, ius omne divinum, & humanum a Roberto eius filio violatum est. Nam quum Regnum Neapolitanum, & Hungariae Ludovico Caroli Martelli filio iure

(1) In Annalibus habet *& Petri, Martini; ac etiam Episcopatum, &c.* Mecatt.

iure successionis deberetur, Robertus pueri aetate fisus quod patrem ita volentem acceperat Regnum invasit. Igitur ne tam crebra Carolum repetitio fastidium aut errorem lectoribus inducat, paucis absolvam.

Carolus primus, qui Manfredo successit Carolum secundum filium habuit. Hic faecundus prole quatordecim filios habuit; sed qui Imperia habuerunt primus Carolus, qui Carolus Martellus dictus est. Ex Carolo hoc Ludovicus, & Andreas geniti. Ludovico duae fuerunt filiae, Margarita, & Albonicca, quae desponsata Regi Polloniae, successit in Regno Hungatiae sorori, & maioribus suis, qui omnes eo in Regno imperitarunt. Huic filius fuit Gilbertus, qui item in Poloniae, & Hungariae regno successit, & deinde Imperium Romanum obtinuit. In quo, quia sine liberis decessit, genus Caroli Martelli defecit. Aloysius, qui primus filiorum fuerat Deo se dicavit. Ceterum ex Roberto Carolus Calabriae Dux nascitur, qui vivo patre, interiit tribus ex se relictis liberis, Carolo, Ioanna, & Margarita. Carolus Dux Athenarum factus est Amorreaeque princeps. Is Florentiae, quorumdam civium scelere, dominium occupavit. Sed ex hoc nulli superfuere filii. Ioanna in regno Neapolitano successit, &

Io-

Ioanna prima dicta est, quae etsi quatuor nupta Ducibus, ex nullo tamen liberos tulit. Margarita Ludovico Caroli Martelli filio sobrino suo nupsit, qui in Regno Hungariae Patri successerat, & in his Roberti proles finivit, quum alter filiorum eius magistri saevitia infans perierit. Ex Philippo Tarenti Principe Caroli secundi filio in cuius genus regnum Neapolitanum postea translatum est, sex fuere liberi. Primus eiusdem nominis, qui infans vita decessit: secundus Robertus, isque fuit Imperator Constantinopolitanus, nomine tantum, & sine filiis obiit. Tertius Carolus Romaniae Despotus, qui duas genuit filias Mariam, & Margaritam. Haec Regis Scotiae uxor, etiam sine liberis extincta est. Quartus Patris nomen & titulum adeptus est, & Imperium Graecorum Roberti fratris morte; qui intervallo temporis, nullo ex se relicto filio periit. Aloysio filiorum quinto, qui de Tarento dictus est, & qui postea fuit Rex Ierusalem, & Neapolitanorum, nulli superfuere filii. Horum ultima Margarita Francisco Baultio nupta est. Haec duos genuit liberos, Iacobum & Antoniam. Haec Friderico Regi Siciliae nupsit, Elionora prius defuncta. Iacobus Agnetem Sororem uxoris Caroli tertii duxit, & sine liberis obiit. Hoc Philippi

ge-

genus. Ex Ioanne Duce Durachii, Caroli secundi filio, procreantur Carolus, Ludovicus, & Robertus, de Durachio dicti. Ex Carolo Agnes quae Cani Scaligero nupserat; & Ludovicus qui Aversae Principatu interiit, ut suo loco dicemus. Carolus tertius, qui dictus est *della Pace*, ex hoc Ladislaus, & Ioanna procreati fuere, qui duo Neapolitanis imperitarunt. Ladislaus & Ioanna sine filiis legitimis periere. Haec, liberorum penuria, Alphonsum Aragonium primo, inde Aloysium Andegavensem adoptavit. Sane quoad brevius potui, & uti compertum habeo tantorum Principum seriem describere volui, cum ut quae subdentur clarius innotescant, tum etiam ne quis fidat quidquam humanum stabile aut diuturnum esse posse.

Robertus igitur etsi dominandi cupidus, non nihil tamen impulsus suasionibus Bartholomaei Capuani sui interpretis, & Bonifatii Caietani fratris Pontificis per summum scelus Regnum occupavit. Hic primis sui regni diebus quamquam Ludovici nepotis precibus fatigatus, ne se Regno saltem Hungariae fraudaret, tamen animo repetens Patrem adolescentis ab Hungaris interfectum, rem in suspenso habebat veritus ne, si eadem fortuna, qua pater fuisset oppressus, caedis etiam argueretur.

Sed

Sed tamdem a nepotis precibus victus dedit illi copias, quibus fretus Regnum Hungariae parvo labore suscepit. Hoc post aliquot annos vita functo Margarita eius filia in eodem Regno successit. Interea Carolus Roberti Regis filius moritur, & Bartholomeus Capuanus graviori morbo oppressus, conscientia permotus, ut aliquo saltem remedio saluti suae consuleret, quum Ludovicum nepotem Caroli Martelli filium consilio, quod Roberto Regi dederat Regno privasset, nec esset in sua manu sibi restituere, anxius se ab confessione abstinebat. Quod Robertus intelligens ad eum adcessit. Consulit amicum qua tamen ratione non obmisso Regno, tantae rei provideri possit. Tum Bartholomaeus, si Regnum, inquit, relinquas; sin minus, hoc age, ut te vita functo Margaritam, & Ioannam tibi ex filio nepotes in matrimonium Ludovico Regi Hungariae, & Andreae Fratri nepotibus tuis coniungas, & illis regnum ad quos spectat restituas. Placuit Roberto viri consilium, matrimoniumque subsequutum est. Non multo post Bartholomaeus obiit iam antea a Roberto Comes Altaevillae creatus, in cuius gentes in hodiernum usque diem perdurat. Ceterum ex quo die Carolus secundus interiit, Robertus a Pontifice Regni confirmationem impetravit,

& in

& in Italiam ex Provincia venit. Coronatus est octavo die Septembris Anno Salutis MCCCIX. a Clemente V. qui sibi remisit omnem pecuniarum quantitatem quam Romanae Ecclesiae pro Regni censu debebat.

Per ea tempora Lambertus, & Bernardinus Polenta Ravennates ope Ferrarensium freti, inscio Pelagura Legato, Castellum Marcomannum quod in Padi ripa situm est a Venetis possessum occupavere. Accersitus ob eam rem Robertus Rex a Pelagura Bononiam, Diegum Rattam quemdam Hispani generis cum duabus equitum thurmis, praesidio Ferrariensium reliquit. Excitatoque in Vrbe tumultu sedebat. Deinde octo & triginta cives qui auctores excitati tumultus fuerant laqueo subspensos necavit, pluresque cum ex nobilitate cives, tum etiam ex plebe infima in carcerem coniecit, aliquot etiam in exilium dedit.

Ea tempestate Pontifex Henricum Lucemburgensem ab Electoribus ad Imperium Romanum electum confirmat, ea praesertim lege ut intra biennium ad auream coronam suscipiendam in Italiam descenderet. Igitur hic Oratores per omnem Italiam misit ad adventum suum ad nuntiandum & inhibendum Florentinis, ut Arretio abstinerent. Quibus responsum est a Florentinis,

tinis; (1) imprudenter Imperatorem facere qui barbaras nationes in Italiam duceret, a quibus eam tueri deberet. De se autem intra moenia (nam id etiam oratores expostularant) recipiendo, & Arretio obmittendo, quum advenerit, consultandum. Nec Arretinos bene consulere, quos constabat eorum Guelfos pepulisse. Consuevisse enim adserebant exsules Imperatorum ope restitui. Quo responso Dantes Poeta primus omnium Florentinorum, concives suos coecos adpellavit, quod tam insulse Legatis respondissent. Ceterum oratores Arretinos cives

(1) *Villanius Cap. CXX. Lib. VIII.* Sic habet .... *E fu risponditore fatto per lo Comune M. Betto Brunelleschi, il quale prima rispose con parole superbe, e disoneste, onde da' Savi fu biasimato; poi per M. Vgolino Tornaquinci saviamente fu risposto cortesemente, e contenti i detti Ambasciadori si partirno a dì 12. di Luglio, e andaronne nell' oste de' Fiorentini ad Arezzo, e fecero simigliante comandamento, che si partissero; la quale oste perciò non si partì, e detti Ambasciadori se ne andarono ad Arezzo, e rimasero assai indegnati contro a' Fiorentini*. Ceterum excusandi sunt Florentini, si acriter & acerbe Imperatoris Legatis responderunt. Illi enim contrariis partibus dediti ad eorum libertatem defendendam conservandamque adeo proclives erant & intenti, ut nullius nisi suorum civium imperio subiectos se ipsos esse cognoscerent, & a servitutis, ac subiectionis nomine vehementissime abhorrerent. *Mecatt.*

cives spe adventus Imperatoris opplevere; & Florentini Henrici metu tamdem permoti Arretio abstinuere. Deinde Florentini Roberto Rege adnitente foedus cum eo percussere, ne quid ab Henrico detrimentum susciperent.

Henricus interea per Taurinum saltum in Italiam descenderat, & Taurinenses primo, deinde Astenses deditione acceperat, quibus Vicarios ex suis Germanis praefecit. Idemque factum est a Philippo Papiae Duce, & Comite Simone Columbiano Vercellensi, Antonioque Laudensi Tyrannis, qui Henrico se se fidentes, illi in itinere occurrere. Post hos Albenus, & Canis Grandis Scaliger praefectos Imperatoris accepere. Eo tempore duae Mediolani factiones pollebant. (1) Turriani Guelfi, & Vicecomites Gibellini habebantur. Erat eorum Princeps Maffaeus Vicecomes. Guido Populi Capitaneus, sic enim magistratum illum adpellabant, quamvis avide Henrici adventum exspectaret, existimans illum Guelfis fauturum, tamen veritus ne Maffaeus prius Imperatoris gratiam occuparet, cum exercitu in agro Mediolanensi consedit, quam primum Henrico accursurus. Maffaeus interea ex suis nuntios duos impigros misit ad Leopoldum Austriae

(1) Idest Guido *Della Torre*. Mecatt.

Galeacius, Maffaeo Patre domi cum magna clientum manu relicto, tamquam ad suorum arcem servandam, Germanis qui secum erant adhaerens, ad Leopoldum advolat, culpamque omnem excitati tumultus in Turrianos deferens, quos tyrannidem adfectare dicebat, Germani id credentes, invitatis secum Gibellinis, Turrianos invadunt. Ii impetum Germanorum pro aede Divae Mariae paulisper tolerantes, tamdem, Guidone suadente, cum filiis, & uxoribus in fugam versi, Vercellas se contulere, triginta suae factionis interfectis, in quibus quatuor Turrianae gentis fuere. Quibus rebus per Lombardiam vulgatis Cremonenses, Gibellinis urbe pulsis, susceptos pridem Henrici praefectos eiecere. Brixiani item Theobaldum Gibellinorum Principem urbe pepulerunt. Rubeique, qui paulo ante apud Parmam Henrici iussu a Gilberto Coreggia in patriam recepti fuerant, exsulare iussi sunt. His rebus permotus Imperator exercitum Germanorum per Lombardiam dispersum in unum coegit, & in Cremonenses ducto, tantum timoris Guelfis iniecit, ut relicta urbe cum eorum familiis Brixiam commigraverint; & Cremonenses deditione facta poenas rebellionis dederunt. Diruta enim sunt urbis moenia, & civitas immunita permansit. Ce-

terum Parmenses, fugatis urbe Guelfis, Imperatoris praesidium accepere.

Non multo post Henricus agrum Brixianum ingressus cuncta populationibus infestabat. Deinde urbi, Maio mense, castra adegit. Opulenta urbs diu a civibus finitimisque defensa; tamdem iis in proximos montes dilapsi, quum Cives acrius premerentur, Kalendis Septembris deditionem fecere. Henricus ipsorum odio permotus, quia obsidionis tempore magnam opportunitatem in Etruria amiserat, moenibus civitatem nudavit, & ne iterum rebellandi copia esset, Guelfos urbes ingredi vetuit, & mulctatis civibus in viginti mille auri nummis discessit. Quorum calamitate Placentini deterriti, Alberto Scotto Guelforum Duce eiecto, Henrico se dedere. Idem Veronenses, Vicentini, Patavinique cum Trivisanis fecere. Nec Veneti, ab illis Henrico navigia exposcente, non solum denegare ausi, sed etiam ingens argenti pondus ab iis dono suscepit. His prospere gestis Varnerius Anspurgensis Comes ab Henrico Lombardis praeficitur, permissumque ei, ut quosque novis rebus studere videret, bonis eorum publicatis, capite puniret, remque omnem diligentius procuraret. Pisani per id tempus quadraginta millia aureorum Imperatori dedere. Quibuscum disce-

discedens per Placentinos iter faciens in Genuensem pervenit; ubi Roberti Regis oratores offendit, & Friderici Regis Siciliae, qui foedus & amicitiam ab Henrico expostulabant. Sed Roberti Oratores, quum responsum non satis fidum accepissent, indignati ab Imperatore discessere. Deinde Robertus, etsi antea saepius, tum vero maxime a Florentinis rogatus, quoniam is ea tempestate in Romandiola erat, Comes illius Provinciae a Pontifice factus (1), duo millia equitum, Florentinorum, ac Lucensium praesidio misit. Quibus praefecit Robertum Gentilium, & Lunae Comitem Marescalcum sui exercitus. Quorum sexcenti in oppido Miniatensi impositi ut Imperatori, & Pisanis bellum inferrent.

Eodem anno X. Kal. Novembris Imperator cum suis Germanis Genuam venit, horificentissimeque ab iis & receptus, & adiutus est. Nam quadraginta aureorum millia sibi, & viginti millia Elisabethae uxori dono dedere. Is Spinulas ea tẽpestate extorres restituit suis civibus, & alios pacificavit cum gente Auria. Deinde rebus Genuensium compositis itineri se adcinxit, classeque a Pisanis accepta, Pisas se contulit men-

(1) *Villanius* habet ducentos. *Cap. XXX. Lib. IX.* Mecatt.

se(1) Martio MCCCXI. A Pisanisque magna pompa receptus, & adiutus, aliquantisper ibi quievit. Eius exercitus terrestri itinere in agrum Lucensem pervenerat, ubi illos magnis affecit incommodis. Interea Elisabeth Imperatrix Genuae moritur. Per ea tempora Clemens Clementinarum librum edidit; & Religionem Templariorum funditus substulit. Imperator Romam profecturus praemisit Ludovicum Sabaudiae Comitem cum equitibus MM. qui diu status apud Stephanum Columnam Vrsinos in suspicionem adduxit. Tamdem Imperator Viterbium se contulerat; & Vrbevetani exules civilibus seditionibus intenti Gibellinos Urbe eiecere. Quod etsi Imperator gravius tulerit, tamen quum a Romanis vocaretur, impunitos, re dissimulata, Vrbevetanos reliquit. Ipse tamdem Romam pervenit, ubi per tres ex Patrum numero a Clemente praemissos coronatus est, & magna civium pompa convivium Senatoribus celebravit, in quo etiam exceptis Vrsini filiis plerique Romani nobiles accubuere, a quibus fidelitatis iuramentum exegit. Sed ipse prius loca opportuna urbis armatis obsederat militibus. Postremo quum vectigal a Plebe Romana

(1) Idest, die IV. Martii, ut habet *Villanius Cap. XXXVI.* Mecatt.

manu exigere insolentius voluisset, commoti Patres, ad Vrsinos, qui se domi continebant, convolarunt. Contra hos Henricus Sagittarios ex classe Pisana accitos immisit. Erat ea tempestate Romae Ioannes Roberti Regis frater, qui classarios milites, quos sub Aventino locaverant Pisani, ex amico hostis factus, effudit. Qui a Pisanis, Germanisque equitibus oppressi, quum incautius Pisani illos sequerentur, equitatu ab Ioanne misso, fugati sunt. Vrbs deinde Imperatori adversa omnia eius consilia percutit. Igitur quum is Laterani secum suos contineret, deficiente in dies magis atque magis annona, Tibur se contulit; tertio decimo die post quam tumultuari in urbe coeptum. Ioannes, urbe Cardinalibus commendata, discessit.

Interea Friderici Siculi oratores cum Henrico foedus percussere; & Imperator obmisso Regno Neapolitano, vel potius in aliud tempus reservato, Perusium petivit, & inde Arretium. Erat ei animus, Etruria prius perdomita, Romam etiam, inde in Regnum, redire. Igitur iunctis Gibellinorum exsulum secum copiis, occupatisque Vallis Arni superioris Castellis, Florentiam castra adegit. Quos neque imparatos, neque consilii egentes in eius partes invenit. Nam paucis ante diebus a Lucensibus, & Minia-

tensibus, item & Ferrariensibus, Senensibusque, Bononiensibus, iterumque Ferrariensibus auxilia susceperant. Praeterea Roberti equitatus ibi praesidio aderat. Quorum multitudine perterritus Imperator, ab oppugnatione urbis abstinuit. Sed vastato eorum agro omnes in Valle (1) Elsae secum perduxit, oppidumque superioribus annis dirutum reaedificari curavit, ibique omne hyemis tempus habuit. Sperabat enim, Florentinos annonae indigentia laborantes, deditionem facturos. Nec tamen interea finitimis populis pax aut quies ab illis erat. Nam Geminianenses, Colletani, Senēsesque Germanorum equitum incursionibus exagitati portis egredi non audebant. Quorum qui inconsultius vagabantur sumptae audaciae poenas dabant. Quibus rebus Florentini permoti, quum propriis se se tutari diutius opibus non possent, in quinquennium urbem Roberto Regi dedere, hanc solummodo legem ab eo expostulantes, ne ipsorum exules urbi restitueret. Robertus oblatam sibi civitatem non aspernatus, etsi Friderici Siculi bello, Henrici iussu, iam exorto premeretur, quum quae intendebat auxilia subministrare illis non posset, tamen litteris illos hortatur ad Imperatoris vim tolerandam.

Per

(1) Idest ad Podium Bonitii, nobis vulgo *Poggibonsi*.

Per ea tempora classis Pisana Genuensiumque Henrici iussu Friderico Regi immissa Rhegium in Calabria occupavit.

Anno insequenti Henricus primo vere relicto Bonos oppido Pisas se contulit. In qua urbe quaestione diu exagitata Florentinos, & ceteras Etruriae civitates sibi, infensas damnavit. (1) Deinde Robertum Regem tamquam Maiestatis reum in iudicium vocavit; moxque Arretium petens Volaterranos Senensesque, per quorum agrum iter fecerat, magnis populationibus oppressit. Sed post quam Arretium pervenit, in Robertum sententiam protulit, illumque Regno Neapolitano privavit. Ceterum Robertus paucis ante diebus querimoniam citationis sibi factae ad Pontificem detulerat, adserendo Tribunal Imperatoris Pisasque, sibi suspectas, & propterea iudicium recusare; non quia maiestatis reus conscius esset, sed quia in terra hostili & sibi parum tuta vocaretur; impetravitque a Pontifice citationis sibi factae damnationem. Sed ipse in Senenses ducens aegritudine

N 4 cor-

(1) Adeo mordicus Florentini libertatem suam retinere usque conati sunt, ut praeter alia multa, quae ad hoc ipsum molitos esse certis historiae monumentis compertum est, & illud memorabile ausi fuerint, quod *Ioannes Villanius Lib. IX. Cap. XXVIII.* & post

& post eum ceteri Florentini, aliarumque gentium historici, litteris mandarunt, Henricum scilicet VII. Imperatorem, quod ab eo suae libertati metuerent, ab suae urbis ingressu prohibuisse, & eum id indignantem coegisse Florentiam obsidere, castris eo loco positis, qui a Sancto Salvio nomen habet; licet irrito conatu id effecerit, & re infecta discedere compulsus sit. Tunc in iras quam maximas exardescentem iudicium instituisse, & sententiam adversus Florentinos protulisse perhibent, nequicquam eos tabularum, chartarumque debili strepitu sibi subiecturum, & coerciturum ratus, quos armis ipsis & bellorum tumultu ad suas partes traducere non potuerat. Huius rei monumentum insigne, praeter laudatorum historicorum testimonia, est ipsa sententia, qua Florentinos condemnat, quamque modo publici iuris facio. Illud tamen in hoc mirari subit, quod quum tanta minitantem Imperatorem initio Saeculi XIV. Florentini imperterrito animo contemserint, dimidio circiter eodem Saeculo idem populus sententiae illius rationem aliquam habuerit Carolo IV. Imperii habenas moderante, ut apud *Matthaeum Villanium* late videre est. *Lamius*.

Haec est quaedem Copia cuiusdam Processus sive Sententiae contra Florentinos latae, & datae ab Henrico Imperatore de Lucemburgo.

IN AEterni Omnipotentis Dei Nomine Amen. Harum praesentium serie Litterarum cunctis legentibus, necnon audientibus appareat evidenter. Quod fama vulgari, & notoria praecedente, ac multorum veri-

veridica relatione ferente, pervenit ad audientiam Serenissimi Principis Domini Henrici, Dei gratia Romanorum Regis semper Augusti, quod Florentinorum effroenata temeritas ac superbia eorumdem incitata contra ipsam Regiam Maiestatem, ac Sacrum Romanum Imperium non verens, gravibus, & enormibus iniuriis, & contumeliis, & excessibus tam graviter quam enormiter ipsam Maiestatem laedere non cessavit diutius & crebro non cessat. Propter quod exemplo Christi, cuius vicem ipsa Regalis dignitas in terris circa temporalia noscitur obtinere, nolens graves hasce iniurias, contumelias, & offensas, prout infra serio declaratur, sub silentio pertransire, descendit, & descendere intendit ad veritatis indaginem, si opere compleverint quod testis ipsa fama denunciat. Sane ipsorum dura protervia non attendens quemadmodum sit grave, tantam Maiestatem offendere temporalem, non habentes Deum prae oculis tamquam inobedientiae filii scelera criminibus accumulant. Et licet de ceteris ipsorum sceleribus sub silentio, & dissimulatione taceatur ad praesens, multa misera gravissima quae nullatenus videntur posse tergiversatione caelari, graviter commiserunt. In primis quidem, quum per speciales nuntios, & magnae auctoritatis viros Philippum Cistercienfem Episcopum, Ludovicum de Sabaudia, Basianum de Guinisi legum Professorem ad praesentes Tusciae, requisiti fuerunt Florentini praedicti in Consilio publico, quod removeretur, seu removere facerent exercitum, quem habebant super Arretinos Fideles Romani Imperii, ac etiam Potestati, & Rectoribus dicti Comunis Florentinorum praeceptum foret per eosdem, & saepius quod sub poena decem mille monetarum prae-

praeceptum foret per eosdem, & saepius quod sub poena decem mille monetarum auri dictum exercitum facerent removeri, quod facere minime curaverunt, quinimo post praeceptum praefatum deteriora fecerunt damna, vastationes, & incendia quam plurima, committendo in dedecus & contemptum ipsius Domini Regis Guidonem Della Turre de Mediolano proditorem, rebellem, & fere bannitum ipsius Domini Regis, & Sacri Romani Imperii scienter & appensate receptantes contra voluntatem, & mandatum eisdem Florentinis super hoc licteratorie destinatum; mandatumque vilipendentes ex toto. Praeter haec etiam Florentini praefati scientes Cremonenses fore inobedientes, & rebelles Sancti Romani Imperii, requisiti ab eisdem Cremonensibus, ut eisdem darent aliquem eorum civem in Potestatem, & Rectorem, ut per eum possent gubernari, & manuteneri in rebellione praedicta, quod minime facere recusarunt. Quinimo Raynerium Marignani de Bondelmontibus eorum Concivem in ipsorum Potestatem, seu Rectorem concesserunt, & dederunt scienter, & appensate in grave praeiudicium & iacturam praefati Domini Regis. Post haec speciales nuntios & magnae auctoritatis viros Dominum Fratrem Nicholaum Episcopum Lucerinum, & Pandolphum de Sabellis de felici genere Romanorum Domini Papae Notarium Consiliarios ipsius Regiae Maiestatis, ac etiam Legatos ad Florentinos eosdem, ad alias civitates Tusciae, & circumpositae regionis qui salutem & pacem zelabantur ipsorum, ex parte ipsius Serenissimi Principis ut eosdem & alios monitione Regis pacisci miseratione piissima disponerent ipsos, & alios subiectos Romano Imperio debere esse pacificos, & modestos; & ad haec per salu-
taria

taria monumenta eos inducerent & dignarent directionibus opportunis. Sed ipsorum effrenata temeritas, & superba cupiditas more Tyrannico satagens aliis dominari; nolentes Florentini praefato suavi iugo Imperialis culminis eorum colla subiici pro bono pacis, & tranquillitatis ipsorum & totius regionis iam dictae, sed potius voluntati rationem subiicientes, Pharaonis imitati duritiem, & obturantes more Aspidis aures suas, elata obstinatione pacis & obedientiae huiusmodi salubria monita more praedomiti equi viliter despexerunt, & huiusmodi despectione sola noncontenti, eos aliis bonis & rebus ipsorum, quas secum portabant, nequiter spoliarunt, seu spoliari fecerunt prope civitatem Florentiae, eosque, & familiares ipsorum gravibus contumeliis & offensis graviter affecerunt, seu affici fecerunt in grave dedecus, & opprobrium ipsius regalis culminis ac Sacri Romani Imperii, ac Reipublice Romanorum. Quin imo quum essent Brixienses, hostes ipsius Regiae Maiestatis, ac Sacri Romani Imperii, scienter, & desiderate eisdem Brixiensibus sic in sua duritia, & pertinacia commorantibus praebuerunt consilium auxilium & favorem, destinando eisdem magnam pecuniae quantitatem, per quam potuissent in sua duritia permanere. His etiam non contenti per civitatem eamdem publice, alta voce praeconis, banniri fecerunt, quod unicuique licitum foret impune offendere in personis & rebus gentes illius, qui se gerit pro Rege Alamanniae, ipsum nolentes suum ac Romanorum Regem aliquatenus adpellare, supprimentes ipsius veri nominis dignitatem in ipsius opprobrium & despectum. Praeter haec etiam Dominum Ludovicum de Sabaudia almae Urbis Senatorem illustrem per Sacrosanctae Romanae Ecclesiae Summum Pontificem
in

in ipſa Senatoria dignitate ſolemniter confirmatum, ac per Romanum Populum de mandato ipſius ſummi Pontificis electum, & ſolemniter nominatum, dicentes & adſerentes Senatori praedicto per ipſius Comunis litteras ſpeciales eius reditum fore in ipſius iam dicti Regis favorem, & ſtatum, & propterea ipſum tranſitum facere per civitatem eamdem, eiuſque diſtrictum, nullatenus permittere intendebant. Coniurationem, & conſpirationem, ſocietatem, ſi ſocietas dici poſſet, concorditer inierunt cum pluribus civitatibus & univerſitatibus Provinciae ſupradictae contra honorem & ſtatum Regiae Maieſtatis non recolentes in praedictis verba Petri Apoſtolorum Principis: *Eſtote ſubiecti omni creaturae propter Deum, ſive Regi tamquam praecellenti, ſive Ducibus tamquam ab eo miſſis.* Sed eorum caecitas animis elevatis ſuperbiae cornibus venientes in malorum profundum circa ſupradicta, & quodlibet praedictorum, ac circa plurima alia deteſtabilia, enormia, ac facinoroſa, per quae laeſae Maieſtatis crimen graviter incurrerunt. Et haec omnia fuerunt de anno proxime praeterito, ac de anno praeſenti, ſuper quibus omnibus, & ſingulis ſuperius expreſſis, & nominatis, & in genere comprehenſis, & aliis haerentibus eisdem & dependentibus ab eisdem; idem Dominus Rex de plenitudine poteſtatis, & auctoritatis Regiae, quum non poſſit abſque gravi Chriſti offenſa ipſorum iniquitates amplius tolerare, cogitur & intendit inquirere veritatem; & ipſum Commune, & homines Civitatis iam dictae eiuſque diſtrictus repertos culpabiles in praedictis, vel aliquo praedictorum debita poena & poenis punire, & condemnare ſecundum ſuae voluntatis arbitrium, & ſecundum quae tanta facinora tam gravia

via, tamque detestabilia poenarum exigunt ultionem; ita & taliter quod ipsorum corrigatur nefanda temeritas & tradatur aliis in terris exemplum, & ne eorum paenalis impunitas aliis incentivum tribuat delinquendi. Millesimo trecentesimo XI. Indictione decima die xx. Mensis Novembris discreti & prudentes viri Domini Petrus de Tuderto, & Bartholus de Spoleto Iudices Maioris aulae supradicti Domini Regis, habentes specialem commissionem, & delegationem, & plenariam potestatem ab ipso Domino Rege inquirendi & procedendi contra Commune & homines Civitatis Florentiae, eiusque districtus super variis excessibus, & delictis, prout in superiori inquisitione plenius continetur, ut de ipsa commissione, & delegatione, & plenaria potestate constat plenius per scripturam publice factam manu Thomae Notarii; considerantes, quod citatio fieri non possit commode de dicto Communi, & hominibus Civitatis Florentiae per nuncium, nec per litteras metu mortis, & corporis cruciatu, quem universaliter Florentini praefati inferrent, & inferri possent de nuntiis dicti Domini Regis eosdem citantibus propter ipsorum obstinatam superbiam. Sedentes idcirco pro Tribunali mandaverunt & commiserunt Clerico Bannitori dicti Domini Regis, & Comunis Ianuae presenti in se mandatum sponte recipienti, quatenus publice, & alta voce, sonu tubae praemisso, citet, & requirat Commune & homines Civitatis Florentiae, tam in aula Domini Regis, quam etiam in omnibus locis consuetis Civitatis Ianuae per ipsum Commune & homines per legitimum Syndicum sociatum cum duodecim melioribus hominibus dictae Civitatis Florentiae comparere debeant infra quindecim dies proxime venturos coram dicto Domino Rege,

seu

seu coram dictis Dominis Iudicibus ad excusandum se, si potuerint, ab inquisitione quadam quae fit, & fieri intenditur contra dictum Commune, & homines per praefatum Dominum Regem sub quibusdam excessibus, & delictis quae commissa, & perpetrata dicuntur per dictum Commune, & homines Florentiae, & ad obedienda mandata ipsius Domini Regis, quae infrascriptis Capitulis summarie declarantur, quae Capitula praedicti Iudices mandaverunt explicari per dictum Bannitorem vulgariter & distincte, ut superius est expressum, ut ad notitiam dicti Communis & hominum Florentinorum facilius valeant pervenire, & ne adfectatam ignorantiam praetendere valeant, etiam ipsa eadem omnia Capitula in albo proponi in aula ipsius Domini Regis, ne ignorare valeant; quod publice proponitur in albo praedicto. In primis quod quum Florentini & eorum Rectores requisiti per Ambasciatores ipsius Domini Regis, quod exercitum, quem habebant contra Arretinos facerent elevari sub certa poena, quod facere cessaverunt. Item quia Guidonem della Turre de Mediolano rebellem, & fere Bannitum dicti Domini Regis scienter receptaverunt contra voluntatem dicti Domini Regis. Item quia Cremonensibus dederunt in Potestatem sive Rectorem Rainerium Marignani de Buondelmontibus ut eosdem manuteneret in rebellione contra dictum Dominum Regem. Item quia Brixiensibus tunc rebellibus Sacri Romani Imperii, & ipsius Domini Regis miserunt magnam quantitatem pecuniae, per quam possent in ipsa rebellione persistere. Item quia societatem, & conspirationem inierunt cum pluribus Civitatibus, & Vniversitatibus Tusciae contra ipsam Regiam Maiestatem. Item, quod Ludovicum de Sabaudia almae urbis Senatorem illustrem, volen-

tem

tem redire Romam ad exercendum officium Senatoris Civitatis praedictae, non permiserunt transitum facere per civitatem & districtum eorum, asserentes eius reditum fore in auxilium dicti Domini Regis. Item, quod publice banniri fecerunt per civitatem ipsorum, quod cuilibet licitum foret impune offendere gentem illius qui se faciebat Regem Alamaniae. Item, quod despoliaverunt, & derubaverunt Ambasciatores, ipsius Domini Regis, videlicet Fratrem Nicolaum Episcopum Lucerinum, & Pandolphum de Sabellis de Civitate Romana, & Domini Papae Notarium, & Consiliarium dicti Domini Regis. Et super his & aliis, quae in ipsa inquisitione & processu plenius continentur, veniant responsuri coram Dominis Iudicibus de iure infra quindecim dies proximos venturos, quem terminum, primo, secundo, & tertio, & ultimo, & peremptorio dicti Domini Iudices adsignant eisdem, alioquin adiecto termino in antea dicti Iudices seu alteri eorum procedent contra eos, Iustitia mediante, die predicta. Clericus Bannitor praedictus retulit praedictis Dominis Iudicibus sedentibus pro Tribunali in aula dicti Domini Regis ubi ius redditur ex commissione & mandato praedictorum publice palam & alta voce, sono Tubae praemisso bannuisse, & praeconizasse, ac requisivisse, & citasse in dicta aula & in locis consuetis dictae Civitatis Ianuae in omnibus, & per omnia secundum formam dicti mandati die praedicta.

In Nomine Domini Amen.

HENRICVS DEI GRATIA ROMANORVM REX SEMPER AVGVSTVS. Ad certitudinem praesentium, & me-

& memoriam futurorum, ad gubernationem Sacri Romani Imperii, divina nobis provectis potentia, ad quietem & pacem cunctorum subditorum nostrorum collatas undique reformandas cura sollicita nos adstringit ad dies vigiles, & noctes insomnes deducendas; & labores continuos praestamus, ut vim, & momentum Regis pacifici adsumentes eiusdem pacis dulcedine epulemur famelicos, Deo propitio, nostros subditos universos. Et antequam ad praesentes proficisceremur, Italiam per eamdem nostros nuncios & Legatos praemisimus venerabiles Gerardum Basiliensem, & Philippum Cisterensem Episcopos, Ludovicum de Sabaudia virum strenuum, & Basianum de Guinisiis Legalis scientiae professorem singulis eiusdem provinciae civitatibus atque concivitatibus regium notificationis adventum, favente Domino, in urbe Imperiali diademate decorandum, ipsamque pacem omnibus publice praedicantes; & quum Florentinos Christi Domini nostri haereditatis, quae pax est, expertes & protinus contemptores, & proximorum devios caritate, ipsos contra divinum regis mandatum odentes per Commune Civitatem Arretii Imperii, unde fidentes nostri nuntii invenerunt hostiliter obsedisse, & damna nostris, & aliis bonis eorum gravia inferentes, mandaverunt ex parte nostra Florentinis elatis praedictis, sub poenis pecuniae gravibus eisdem hominibus, & Communi iniungentes, quod dictum inde amoverent exercitum, & ab ipsorum Imperii Fidelium iniuria & molestatione cessarent, quod tamquam superbi Luciferi filii, & haeredes, supernum & terrenum eorum dominum irridentes contumaciter facere contempserunt, eisdemque obsidioni & offensioni praedictorum nostrorum fidelium insistentes, audaciter Dei, & Maiestatis nostrae

ſtrae deſpectum, ſicut ipſorum Legatorum noſtrorum nobis relatis veridica patefecit. Deinde nobis ingredientibus Provinciam Italiam memoratam & continue procedentibus in perſecutione pacis iam dictae, dicti Florentini, ut nequitiae filii, Guidonem de Turre de Mediolano rebellem, & hoſtem Noſtri Imperii laeſaeque Maieſtatis crimine publice exbannitum, & condemnatum contra voluntatem & inhibitionem Noſtram doloſe, & ſcienter in eiusdem contemptum Imperii receptarunt, & in eorum civitate praedicta publice tenuerunt. Item in Civitate Cremonae in rebellione noſtra, hactenus prorumpente in eadem manutentione & confaederatione, & homines dictae Civitatis Florentiae audaci nequitia praeſumentes, Rainerium Marignani de Bondelmontibus concivem ipſorum in Poteſtatem & Rectorem dictis Cremonenſibus tunc Noſtris rebellibus conceſſerunt ad eorum regimen ipſum perſonaliter transmittendo. Similiter Civitatem, & homines Brixiae olim in rebellionem noſtram, & Romani Imperii profilitos, nobiſque in eosdem obſidione morantibus ſubventione magnae quantitatis pecuniae ad obtinendum & manutenendum eos in rebellione praefata in Imperii noſtri contemptum Commune & homines dictae Civitatis Florentiae confoverunt, iniicientes & etiam temerarie facientes praedicti ſuperbiae filii ſocietatem conſpirationem, confoederationem cum pluribus aliis Tuſciae civitatibus, & comunitatibus contra Nos & Romanum Imperium, & ſe ſe in oppoſitionem noſtrarum, gentium equitum multitudinem muniendo; dicto etiam Ludovico de Sabaudia almae noſtrae Vrbis Senatori illuſtri ad ipſius regimen redire volenti per ipſorum civitatem & diſtrictum in contemptum & laeſionem noſtri Imperii tranſitum ne-

quiter denegaverunt, adserendo ipsius Senatoris in Vrbe regimen posse in favorem nostri Imperii redundare. Quae quantumcumque Maiestatis nostrae animum offendissent & per ea videremus eosdem in ipsorum damnationis, & rebellionis consilio obstinatos, volentes tamen consideratione pii ac benigni Patris, & Domini, filios & subditos devios a via perditionis retrahere, lenitivo modo, & de plano, potius quam armorum & aliorum fidelium nostrorum parcere laboribus sumptuosis; de procerum nostrorum consilio decernimus ad ipsos transmittere Nuntios solemnes, & venerabiles viros Dominum Pandolfum de Sabello Domini Papae notarium, & Fratrem Nicolaum Episcopum Buttrentinum Consiliarios nostros, ut eosdem paterna monitione & exortatione inducerent, & ad frugem melioris, & sanioris redeuntes consilii Nos benignum eorum Patrem & Dominum recognoscerent orationis nube deposita praelibati. Cumque dicti nostri nuncii se ad dictam civitatem Florentiae vicinassent, & ad villam Lastrae prope ipsam civitatem Florentiae descendissent, tamquam aspides audire dictas monitiones salutiferas non volentes; eorum praescito adventu, deliberato consilio in superbiae & damnationis spem plus accensi publice per eorum civitatem, & alta voce banniri ac praeconizari fecerunt, quod nulla persona receptaret nostros Nuntios memoratos, & cuilibet liceret, ipsos, & gentem nostram realiter, & personaliter offendere sine poena, ipsosque in loco praedicto violenter adgredi per magnam equitum & peditum armatorum Florentiae concivium comitivam, & ipsos derubari, & spoliari fecerunt equis quam pluribus & rebus aliis eorumdem contra ipsos, & familares ipsorum iniurias graves,

& alia

& alia plurima scelera contra nos, & Nostrum Imperium perpetrando non sine gravi contemptu nostri Imperii, & offensa; Committentes praedicta omnia & singula temporibus in nostra inde inquisitione seriosius designatis. Praedicta igitur, fama etiam publica & notoria deferente in nostram deducta notitiam, non volentibus conniventibus oculis ulterius pertransire, contra praedictos Comune & homines, requirere, ac eosdem punire decrevimus de praedictis, ipsosque citari, & requiri per discretos viros Petrum de Tuderto, & Bartholum de Spoleto Legum Doctores aulae nostrae Iudices, quibus ex specialis mandato commisimus, voce praeconia, & per edictum publice propositum quod infra certum terminum iam dilapsum, in curiam nostram coram ipsis legittime, & perentorie curarent accedere per eorum legittimorum Syndicum, & cum duodecim hominibus melioribus terrae ipsorum nostra super his facturi mandata, ac responsuri, ac se excusaturi super inquisitione praefata; in quo quidem termino comparere nullatenus curaverunt. Deinde ad ipsorum omnem malitiam, & contumeliam superandam iterato requiri, & citari fecimus eosdem modis praedictis, quod in alio termino iam elapso in eadem forma coram dictis nostris iudicibus, & alio seu aliis per nos deputatis vel deputandis in Curia nostra curarent peremptorie comparere; nostra super his facturi mandata, & se excusaturi, & responsuri peremptorie super inquisitione praedicta, alioquin pro confessis & convinctis haberentur de praedictis omnibus & singulis praedictorum, & tamquam confessi, & lege convincti condemnarentur ac etiam per idem praeconium & edictum, quod certo alio tempore post edictum peremptorie decurrendo ut in

O 2 Curia

Curia nostra per dictum eorum Sindicum legitime, & peremptorie comparere deberent dictum exbannimentum & sententiam audituri. Et quibus terminis comparare contumaciter contemnentes, contumacias contumaciis & inobedientias inobedientiis cumularunt. Ne igitur tanta & talia facinora remaneant impunita, ut cedat aliis in exemplum, ne de ipsorum contumacia valeant gloriari ipsorumque Comune, & homines propter eorum contumaciam pro confessis & legittime convinctis habentes de omnibus & singulis excessibus supradictis Christi nomine invocato pro tribunali sedentes in iis scriptis sententialiter pronunciamus dictum Comune, & homines civitatis Florentiae mero & mexto Imperio de iure & dominio Potestariae, & Rectoriae, Capitaniae omnique regimine, & omni Iurisdictione quibus usi sunt, seu uti consueverunt in ea civitate, eiusque districtu & tenitorio, castra quoque & civitates, villas, & districtus eiusdem civitatis Florentiae, & omnia bona quae ipsa civitas, & commune Florentiae habent seu possident intra, & deforis ubicumque, Camerae nostrae & Romani Imperii confirmamus, & perpetuo publicamus, privantes eosdem statutis & legibus municipalibus & auctoritate ea in futurum condendi, & omnibus feudis, franchisiis, privilegiis, libertatibus, & immunitatibus, & honoribus ab Imperatoribus seu Regibus Romanorum praedecessoribus nostris concessis eisdem quibus se reddiderunt indignos ipsaque revocantes cassamus, & ex certa scientia, ac nostra sententia irritamus. Et nihilominus ipsum Commune & homines in quinque mille libris auri solvendis Camerae nostrae, & Romani Imperii condemnamus. Priores quoque & Consiliarios dictae terrae, nec non ceteros Rectores, & of-

& officiales qui nunc sunt, & qui de cetero dicta rebellione durante ad dicta officia adsumentur perpetua damnamus infamia, & tamquam dictae rebellionis conscios & fautores perpetuo exbannimus. Et insuper omnes & singulos cives, & incolas, & districtuales dictae Civitatis Florentiae exbannimus, decernentes quod nulla civitas, Castrum, vel Baro, Comitas, aut spiritualis persona, dictos Commune, Cives, & Destrictuales, vel aliquem ipsorum receptet vel det eisdem auxilium quodlibet vel favorem post unum mensem completum a die huius sententiae latae inchoandum sub poena cuilibet Communi civitatis quinquaginta liararum auri, & cuilibet castro vel Baroni viginti librarum auri, & cuilibet spirituali personae unius librae auri persolvendo nostrae Camerae, & plus & minus ad nostrum arbitrium; considerata qualitate personarum, & modo delicti. Et haec poena toties committatur quoties contra factum fuerit. Et decernentes quod quilibet possit ipsos Florentinos tamquam bannitos, & rebelles nostros & Sacri Romani Imperii personaliter capere, tamen sine laesione personarum, & in nostram fortiam adsignare & ipsorum bona capere, & habere; inhibentes quod nullus dictorum Communium, vel singularium personarum Civitatis Florentiae & districtus debitor ipsius, de eorum debitis satis faciat, vel respondere praesumat. Ab omnibus autem praedictis excipimus illos qui sunt de familia nostra, & illos qui sunt exules ratione praecedentium de ipsa civitate, & eius districtu, & eorum familias & res, familiares nostros, & exules, eorumque familias & bona a dictis poenis, & bannimento, & sententiis eximimus, & sub protectione nostra & Romani Imperii reservamus. Mandantes

tes quod Potestas, & Capitaneus civitatis iam dictae, eorumque Iudices, & Notarii, nisi infra viginti dies, ab huiusmodi nostrae prolatione sententiae decernendos ab ipsis officiis, & civitate discesserint, vel qui de cetero ad dictae Potestariae, Capitanariae, Iudicatus, vel Tabellionatus officia vocati, praesumpserint ad exercendum eamdem, & iudicandi, assidendi, & instrumenta publica faciendi, potestate, omnique honore, & dignitate sint ipso iure privati perpetue. Quoniam Infamiae volumus & decernimus subiacere eosdem, nisi praedicti Comune & homines infra viginti dierum spatium per Sindicum legitime ordinatum comparuerint coram nobis mandatis nostris super his omnibus efficaciter parituri. Et praedicta omnia & certa scientia & de plenaria potestate regiae Maiestatis pronunciare faciemus, ac etiam promulgamus ex certa scientia statuentes praedictam sententiam & processus super his habitos valere, & obtinere perpetui roboris firmitatem, non obstantibus si iuris ordo, & solemnitas in praedictis non fuerint observati, vel aliquis alius defectus posset opponi, & non obstantibus legibus aliquibus, quibus cavetur absentes damnari non posse, & quod ordo iuridicus sit servandus, quibus omnibus & aliis contrafacientibus quoad praedicta ex certa scientia, & potestate plenaria derogamus, salva & reservata nobis balia & potestate addendi minuendi corrigendi & interpetrandi in omnibus & singulis supradictis prout & quando nobis videbitur expedire.

Data, Lata, & Pronunciata est dicta Sententia per praedictum Dominum Regem sedentem pro Tribunali, & lecta & publicata mandato & in praesentia nostrorum dicti Domini Regis Camerae quibus, & cui-

& cuique nostrum in solidum idem Dominus Rex mandavit quod de praedictis omnibus, & singulis conficiamus & demus publica Instrumenta. Ianuae. In Platea Fratrum Praedicatorum de Ianua posita infra domos dictorum Fratrum extra muros civitatis Ianuae, cui plateae cohaeret dormitorium dictorum Fratrum ex una parte, & ex alia claustrum infirmorum, & ex alia piscina, per quam etiam plateam habetur ingressus in hortum ipsorum Fratrum; praesentibus venerabilibus Patribus Domino Baldovino Archiepiscopo Treveriense Theobaldo Episcopo Leodiense; & Dominis Amideo Comite Sabaudiae; Roberto de Flandria, Hugone Dalfini, Baldovino de Montorneto milite; Lodovico Comite de Vtinguen; Rainerio de Grimaldis milite de Ianua Civitate; Manfredo Marchione Saluctiarum; Stephano de Columna; Paulo de Auria de Ianua; Palmerio de Altovitis de Florentia Iudice, Basiano de Guaccis Iudice; Iohanne Theutonico Iudice; Iohanne de Monticello de Ianua. Nicoloso de Sauro Abbate populi Ianuensis, & Giuffredo Comite de Leunigiana, & aliis pluribus fide dignis testibus ad haec vocatis, & rogatis, Dominicae Nativitatis Millesimo Trecentesimo undecimo; indictione decima; die vigesima quarta Mensis Decembris, ac Regni ipsius Domini Regis anno tertio.

Item die duodecima Decembris in Castris ante Florentiam praesentibus Dominis Amideo Comite Sabaudiae eodem anno Camerario Domini Imperatoris; Conardo Ostiario Domini Imperatoris: Henrico Panatterio Domini Imperatoris, & Scotto de Sancto Geminiano Iudice testibus ad haec rogatis & vocatis.

Nos Henricus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus cum voce praeconia, & edicto

publice posito peremptorie pro omnibus publice requiri, & citari fecimus Vniversitatem, in quantum de facto Vniversitas adpellatur, Civitatis Florentiae, & cives plurimos in quantitate magna Civitatis, & Comitatus eiusdem ex pluribus, & legittimis caussis per quas & quamlibet ex eis, universaliter Civitas, & singulariter universi contra nostram Maiestatem publice commisisse inculpabantur; de quorum nominibus plenius continetur in dicto edicto publice posito scripto, & publicato per Paulum de Podio Bonizi Notarium nostrae aulae quod in certo termino coram Nobis comparerent ad se excusandum, & defendendum ab inquisitione, quae contra eos fiebat ex caussis in dicta inquisitione insertis, & in termino eisdem statuto; & quum post terminum expectati non venerint, nec comparuerint prout de iure facere tenebantur.

Idcirco dictam Vniversitatem Civitatis Florentiae, in quantum Civitas, & Vniversitas adpellatur de facto, & omnes & singulos in dicto Edicto publice appenso, scripto, & publicato per dictum Paulum Notarium reputamus, & pronunciamus contumaces; declarantes de Nostrae plenitudine potestatis contra ipsos, tamquam contra contumaces, posse, & debere procedi, prout Nobis videbitur procedendum.

In aeterni Dei Nomine Amen. Henricus Dei Gratia Romanorum Imperator semper Augustus. Ad certitudinem praesentium ac memoriam futurorum, ut confundantur superbe agentes, & iniqui conturbentur & erubescant dum praeponderantia eorum peccata, quibus iram meruerunt appensa in statera Iustitiae, ipsos trahunt in maledictionis

pro

profundum, & facti sunt gentibus in derisum. Sicut cera fluit a facie ignis, sic pereant peccatores pertinaces in malo; Exsultent iusti in conspectu Dei, & in laetitia delectentur habentibus virtute praemium, & culpa supplicium transiens posteris in exemplum; ex ore sedentis in Throno iusto iudicio procedente. Sane dum conatus nefandos, & opera detestanda Communium, & Vniversitatum Civitatum Pistorii, Vulterrarum, Grosseti, Clusii, nec non & castrorum Prati, Sancti Miniatis, Sancti Geminiani, Collis Vallis Elsae, Montis Politiani, & Castri Plebis, nec non & infra scriptarum singularum personarum, quarum aliquae de civitatibus, & castris praedictis, aliae vero de Florentia, Luca, Pisis, Senis, Eugubio, Monte Imperiali, qui olim Podium Bonizi dicebatur, & aliis terris & locis existunt, & inferius pro ordine describuntur rebellium Cesareae Maiestatis diligenter attendimus; venit patenter in lucem quod ipsi qui ex Imperialium libertatum & honorum adipe impinguati, & dilatati existunt, antiquorum beneficiorum, quae praemio eorum ab Imperio recepisse noscuntur immemores, & obtuso gratitudinis intellectu, facti degeneres, & in reprobum sensum elati contra Imperatoriam Maiestatem eorum dominam, & magistram, ipsorum & aliorum fidelium quietem commodam procurantes, quam cum omni subiectione revereri, cuique humiliato spiritu obedire tenentur, erigentes superbiae cornua, & se in aliorum foveam demergentes, Maiestatem ipsam, postquam Provinciae Tusciae fines intravimus, contumeliis & iniuriis provocarunt, & provocare continuatione temeraria, & temeritate praesemptuosa non cessarunt, postmodum neque cessant, tamquam qui videntur elegisse pro gloria confusionis obprobrium,

brium, & irreparabile ruinae periculum pro tutela; Nam licet nos antequam pro Imperialis diadematis susceptione proficisceremur ad Vrbem, Comunia & Vniversitates easdem singulariter & legittime requiri fecimus & moneri, ut coram nobis per suos sindicos sufficientes comparere curarent, praestituri nobis, ut tenebantur & tenentur debitae fidelitatis iuramentum, & nostris mandatis, & beneplacitis pariturі. Tamen ipsa Communia, & Vniversitates a semitis mandatorum Domini oberrantes, & obturantes more aspidis aures suas, dictos Sindicos ad praesentiam nostram mittere, dictumque iuramentum praestare contumaciter obmiserunt, & nihilominus eadem Communia & Vniversitates, & nonnullae de infrascriptis privatis personis, sicut ad nostrum auditum publica fama deduxit, & fide dignorum testimonia, & rei experientia oculate probarunt, Nosque quotidie clarius experimur una cum Florentinis, Lucanis, & Senensibus Imperii hostibus, & Reipublice turbatoribus manifestis, facta cum eis coniuratione in praedictae Maiestatis offensionem, Romanae adveniente nostre Imperialis coronationis tempore ad exercendam prius excogitatam malitiam, videlicet si possent coronationis solemnia perturbarent, & ipsorum iniquitate nequeunte ibi per Dei gratiam praevalere, Nobisque postmodum contra Florentiam & alios hostes praefatos nostra signa felicia dirigentibus Florentiam, ut pro posse suo Florentinos diutius in rebellione foverent, gentes armatas suae ministros nequitiae transmisisse, ac aliqui de ipsis personis singularibus personaliter adcessisse noscuntur, & ipsorum quidam per se, quidam per alios primo in Vrbe vias publicas & loca per quae ad reverendam Basilicam Principis Apostolorum de

dicta

dicta Vrbe , non solum Nobis, sed etiam omnibus religionem forsan proficiscentibus Christianam munire ac Nobis & ipsis gentibus nostris ad dictam Basilicam ne ibi dicta coronatio celebrari posset, aditum totis prohibere viribus praesumpserunt , etiam in urbe ipsa partibusque vicinis quam postmodum in Tuscia simul cum aliis hostibus nostris praedictis , & sine ipsis insidias posuerunt, obstacula paraverunt, spoliationes violentias incendia homicidia & alios enormes excessus in nostrae Maiestatis offensam , Reipublicae perturbationem , ac pacis & tranquillitatis dictae provinciae impedimentum nequiter perpetrarunt; infrascriptaeque personae singulae pro sua singulari iustitia & calliditate civitates castra & alia loca dictae provinciae, quae nobis debitam obedientiam denegant, ad rebellionem, & ad praedictos, & alios contra nos committendos excessus pro suae malignitatis instigatione nequiter concitarunt , ipsasque civitates castra & loca in rebellione tenuerunt & tenent dando eisdem civitatibus castris , & locis ad id auxilium consilium , & iuvamen.

Nos autem licet haec adeo notoria essent , ut nulla tergiversatione caelari valerent , & nos qui legibus subiecti non sumus contra Communia & Vniversitates praedictas & ipsas singulares personas possemus ipsis in requisitis procedere, tamen ex Augusti Clementia , quae libentius emendat in subditos peccata , quam puniat; nec exerit ferrum praecisionis in morbos, quos sanare potest mulcebris lenitas medicinae; ut experiremur utrum aliquis obedientiae spiritus remansisset in eis, volentes super his ex officio inquiri facere contra eos, Commune, Vniversitates , & singulares personas praefatas singulariter & legittime citari fecimus ut coram Nobis ad

ad suam si possent innocentiam ostendendam comparere curarent, alioquin super his etiam ad sententiam non obstante ipsorum, & cuiuslibet eorum absentia procedere curaremus. Verum eadem Communia, & Vniversitates & singulares personae in malitia & contumacia obstinata nec ipsius nec ipsorum aliquis in terminis ad hoc eis praefissis, vel quivis eorum etiam post ipsos terminos expectati comparere coram Nobis aliquatenus curaverunt; propter quod eos ipsos contumaces esse reputamus, ac super his pronuntiamus fore, non obstante ipsorum contumacia, procedendum. In ipsorum igitur absentia, quam Dei replet praesentia, receptis, & examinatis testibus supradictis, & eorum dictis in scriptis redactis, & per peritos nostri Palatii solemniter publicatis, & cum diligentia recensitis factaque nobis de ipsis per eosdem peritos relatione fideli; Et super his omnibus Procerum, Principum, & aliorum Baronum nostrorum comunicato consilio, postquam apud eos nec requisitiones, nec monita, nec mansuetudo, nec benignitas proficere possunt ut eorum temeritas elidatur: Christi nomine invocato in praesentia dictorum nostrorum Procerum, Principum, & Baronum, & populi multitudinis copiosae in his scriptis sententiamus decernimus & pronunciamus; Quod muri, murorum turres, & portae Civitatum praedictarum, Pistorii, Vulterrarum, Grosseti, Clusii ac etiam praedictorum castrorum Prati, Sancti Miniatis, Sancti Geminiani, Collis Vallis Elsae, Montis Pulitiani, & Castri Plebis, sumptibus & expensis hominum Civitatum, & Castrorum praedictorum totaliter diruantur, & funditus destruantur; eisdem sumptibus & expensis omnia fossata, & valla in ambitus ipsarum Civitatum,

tum, & Castrorum facta explanentur, & devastentur, & dictorum murorum, & vallorum, & fossatorum solum, aratrum patiatur; & numquam muri, fossata, & valla praedicta reficiantur absque Caesareae Celsitudinis licentia speciali eadem. Etiam Communia et Vniversitates earumdem Civitatum Pistorii Vulterrarum, Grosseti, Clusii, Castrorum Prati, Sancti Geminiani, Collis Vallis Elsae, Montis Politiani, & Castri Plebis, omnibus privilegiis, libertatibus, & immunitatibus a nobis vel praedecessoribus nostris Imperatoribus vel Regibus Romanorum vel eorum Vicariis concessis eisdem, nec non & statutis consuetudinibus quocumque Iure vel titulo eis competant, vel sint quaesita mero & mixto imperio si quod hactenus consueverunt exercere, vel facere exerceri, & omni Iurisdictione in Civitatibus, & Castris praedictis & quodlibet ex eis, & earum ac eorum burgis, nec non & quibuscumque aliis castris, & villis perpetuo privamus, Iustitia suadente. Ac etiam omnia pedagia, theloneum, gabellas, reditus, proventus, & cetera bona mobilia, immobilia, quae ipsa Communia, & Vniversitates, & quodlibet, & quaelibet ex eis habent tenent vel possident, vel quae, seu aliis eorum vel earum nomine percipere vel habere consueverunt temporibus retroactis, nec non et castra, burgos, et villas, munitiones, fortellitias, reditus, & proventus, & quaecumque alia bona, quae Communia, & Vniversitates praedictae & quodlibet, seu quaelibet ex eis intus & extra Civitates & Castra ipsa habent vel possident, aut quasi cum ipsorum iuribus iurisdictionibus mero et mixto imperio nobis et nostrae Camerae confiscamus. Et nihilo minus Communia, Vniversitates Civitatis Pistorii in mille libras auri;

Vul-

Vulterrarum in sexcentis libris auri; Grosseti, Clusii, Prati, Sancti Miniatis, Sancti Geminiani, Collis Vallis Elsae, Montis Politiani, et Castri Plebis et cuiuslibet eorumdem in quingentis libris auri puri dictae nostrae Camerae applicandis, persolvendis condemnamus. Et singulariter in his scriptis et omnes et singulos infrascriptos de civitate, et castris praedictis et infrascriptis terris et locis ut infra per ordinem adponuntur, et qui singuli pro posse suo fautores existunt, et auctores rebellionum, et excessuum praedictorum fuisse et esse noscuntur aliis nostris hostibus adsistendo continue, ut superius continetur tamquam rebelles, et proditores Imperii & lesae Maiestatis crimine reos de toto Romano Imperio exbannimus & diffidamus, & eorum omnium et singulorum bona omnia mobilia, et immobilia, iura et actiones in quibuscumque rebus, et ubicumque in Imperio competant nostrae Camerae advocamus, et confiscamus, privantes eos omnes, et singulos omni honore et dignitate, immunitatibus, et privilegiis, franchisiis, & libertatibus a nobis vel praedecessoribus Imperatoribus, vel Regibus Romanorum, & a quibuscumque principibus, nobilibus & personis aliis eis concessis, seu quocumque titulo adquisitis, et eos, et quemlibet eorum perpetua damnamus infamia, ita quod sint intestabiles, et ad nullum actum legittimum de cetero admittantur; & si quo tempore aliquis ipsorum in Imperii fortiam devenerit sibi extremum furcis supplicium inferatur. Dictarum quoque civitatum et castrorum, et cuiuslibet ipsorum et locorum quae sub earum, et eorum districtu hactenus extiterunt, omnes, et singulos peritos iudicandi, et adsidendi; advocatos advocandi; et tabelliones tabellionatus officio

officio privamus, et perpetuae volumus infamiae subiacere. Potestates, et Indices, ac Notarios, qui praedictae rebellionis tempore, vel in futurum de praedictis offensis obnoxii fuerint, et quivis ipsorum absque nostra vel successorum nostrorum licentia ad regimen dictarum Civitatum, et Castrorum, vel alicuius earum aut eorum exercendum adcesserint omni adsidendi, et iudicandi, et Notariatus, et cuiuslibet magistratus officio, dignitate, et auctoritate, omnibusque privilegiis, immunitatibus, honoribus, & iuribus eis a nobis vel praedecessoribus nostris concessis, vel alio modo quaesitis omnes privamus, & tamquam rebelles Imperii exbannimus & diffidamus, ut a cunctis nostris, & Imperii fidelibus impune personaliter, & realiter offendantur. Praeterea mandamus quod nullus Princeps, vel alius nobilis, seu quaecumque persona etiam cuiuscumque status seu conditionis existat, nullaque civitas, castrum, vel villa, seu quaecumque Vniversitas deinceps dictis Communibus, vel Vniversitatibus Pistorii, Vulterrarum, Grossieti, Clusii, Prati, Sancti Miniatis, Sancti Geminiani, Collis Vallis Elsae, Montis Politiani, & Castri Plebis ac dictis singularibus personis per Nos, ut patet superius condemnatis & diffidatis, vel alicui eorum seu earum det vel praestet in aliquo auxilium, consilium, vel favorem, nec personas ipsas, vel aliquam earum post unius mensis spatium ab hodie computando quoquo modo receptet sub poena quinquaginta librarum auri pro qualibet Civitate, Principe, vel alio nobili, & viginti libris auri pro quolibet castro, et decem libris auri pro qualibet persona privata, quoties contra factum fuerit, et plus et minus ad nostrum arbitrium

et no-

et nostrae Camerae persolvendis, decernentes quod unicuique impune liceat supradictas personas per Nos taliter condemnatas, et earum singulas, nec non incolas et habitatores civitatum et castrorum superius condemnatorum, et terrarum, quae olim de districtibus fuerint ipsorum, personaliter et realiter capere et tradere nostrae Curiae de bonis ipsorum, quae caeperit duas partes adsignando, et sibi etiam retinendo; inhibentes expresse, ut saepe dictorum Communium, vel Vniversitatum, seu ipsarum singularium personarum vel alicuius ipsarum debitores de debitis in quibus tenentur eisdem ipsis nullatenus satisfaciant, nec praesumant quomodolibet respondere, alioquin tantumdem nostrae Camerae persolvant, et ad id sine strepitu vel figura iudicii compellantur. Ab huiusmodi tamen sententiis, condemnationibus, diffidamentis, et bannimentis, et aliis omnibus, et singulis processibus supradictis, omnes illos, qui sunt de nostra familia, et qui ab eisdem Communibus, vel Vniversitatibus exulant quacumque ratione vel caussa, qui castra nostra sequuntur et qui venerint vel infrà quindecim dies futuros ab hodie computandos accedent, videlicet post, et non ante quam accesserint ad mandata nostra, volumus et declaramus cum eorum familiis et bonis exceptos et exemptos esse, ac sub nostrae protectionis clipeo permanere. Quos omnes et singulos cum eorum familiis et bonis contra praemissa sub protectione nostra, et Imperii reservamus. Has nostras sententias, et alia omnia supradicta ex certa scientia robur firmitatis perpetuae obtinere volentes, et supplentes omnem defectum siquis forsan est habitus in processibus ob aliquam iuris solemnitatem omissam de Imperialis plenitudine potestatis aliqua lege consuetudine vel dis-

dissuetudine non obstantibus, quas haberi volumus pro expressis.

Nomina vero illorum qui de praedictis publice inculpantur, et contra quos processum est, et reperti sunt culpabiles de praedictis, sunt infrascripti. In primis de Civitate FLORENTIAE.

SEXTV VLTRARNI.

Lappus
Gualterottus
Ioannes, &
Gualterius } *quondam Iacobi de Bardis de Florentia*.
Anastasius de Bardis.
Simon quondam Geri de Bardis.
Cecchinus quondam Geri de Bardis.
Cete, &
Feruccius } *Iuliani de Florentia*.
Bartholomaeus quondam Rede
Richardus
Tomasus
Ciampus, &
Nepus } *Omnes Nepi de Bardis de Florentia*.
Bandellinus Iohannis Bonaguidae.
Coltus Bonaguidae.
Gerardinus Filius Colti.
Masinus quondam Simonis Iacobi.
Mazzinus dell' Acerano.
Nerius
Gerius, &
Nellus } *quondam Simonis Iacobi*.
Franciscus, &
Bertinus } *quondam Ianuccii de Bardis de Florentia*.

Lapuccinus Guernieri, &
Bandinellus Iannuccii } *de Bardis.*
Iohanes Pini de Rossis.
Bandinus Liscii.
Stoldus, &
Biancus } *eius filii.*
Stoldus quondam Coppi Stoldi.
Guccius quondam Tinghi Bandini.
Manfredus Stoldi.
Berlingherius quondam Albizzii Baldesis.
Errigus eius Frater.
Guidus quondam Gerardi Della Fede.
Pela, &
Bandinus } *Masini.*
Rorbarius, &
Iacobus } *Del Rosso.*
Tribaldus de Rossis.
Guido Rigarelli.
Silvester, &
Bartholus } *eius Filii*
Torellinus, &
Binguccius } *De Fornariis*
Sgualsa Lapi Del Bottaccio.
Barone de Rossis.
Nicholuccius de Belfredellis.
Aghius Gione de Alumis.
Banchus de Aglionis.
Cioninus
Ciandinus
Vanni, &
Bancheronus. } *De Aglionis.*
Coppus Cotenna.
Lapus eius Frater.
Nossus Guidi.

Teg-

Tegghia, &
Gerius de } *Frescobaldis de Florentia.*
Guido Panicce.
Cione Benintendi.
Meccus, &
Cenne } *Belliotti de Florentia.*
Cassinus Sassini.
Nerius Corsini.
Iustus Benci.
Iacobus de Certaldo dictus Iudex.
Beccha, & } *quondam Cecchi de*
More } *Quarata, &*
Simon eius Filius.
Lottuco de Quarata.
Rinuccius, & } *Fratres de Piano, qui*
Vgbo } *dicuntur Notarii.*
Albizinus Vghi.
Prior Bartholi.
Bauchus, &
Lapus } *eius fratres.*
Franciscus della Scorta.
Goccia de Nerlis.
Nerlus de Nerlis.
Barone Bellagonnella.
Manettus eius filius.
Bancherinus Bertoldi.
Gerius eius frater.
Bone, & } *quondam Iacobi de*
Ticius } *Verrazzano.*
Gerius Bonsi Siguli.
Bindus, &
Dacuccius } *De Canigianis.*
Cere de Canigianis.
Harricus quondam Sorelli.

Albizzus de Corbellis, qui dicitur Iudex.
Boninsegna Angeluccii.
Pacinus, & } *De Machiavellis.*
Pagliace
Vanni de Guicciardinis.
Boncinus Sannae Benci.
Donatus Frater dicti Sannae.
Reus Gueri.
Pierus Compagni.
Guadagnius eius frater.
Lapus Raynerii.
Bindus
Lottus, & } *eius fratres.*
Guiduccius
Vgo Vgolini Benevieni.
Iohannes Lapi Vgolini.
Giottus, & } *quondam Raynaldi*
Bindaccius
Guccius de Ponzano.
Tuccius Ferruccii.
Taddaeus Ranucci de Municolis.
Geppus Magistri Lamberti.
Binellus Guicciardi qui dicitur Notarius.
Ioannes Mazza.
Pulce, & } *quondam Chiavicelle de*
Pinus *Tigliamochis.*
Bellincione de Cacciaforis.
Lapaccius Cacciaforis.
Bensus Pagnochia.
Zuccarus de Soderinis.
Guerra de Soderinis.
Corsellus Bonaccursi.
Silvester eius filius.

DE

DE SEXTV SANCTI PETRI MAIORIS DE FLORENTIA.

Bellincione de Donatis.
Lore Scolaris.
Donatus Gerii.
Aipardus, & / *Iacobus* } *quondam Taddaei.*
Sinibaldus Simonis.
Americus / *Ioannes, &* / *Thomasius* } *quondam Cursi de Donatis.*
Masus de Donatis.
Vrsus Buricbocchii.
Maruccius / *Donatus, &* / *Lappus* } *quondam Martelli de Donatis de Florentia.*
Donatus qui dicitur Iudex de Donatis.
Lapus, & / *Zurla* } *Filii Loris Scolaris.*
Taddaeus Buosi de Donatis.
Lapus / *Ioannes* / *Scolaio, &* / *Donzellus* } *Filii Bellincionis de Donatis de Florentia.*
Bindus, & / *Albertus* } *quondam Pepi de Adimaribus.*
Alamannus quondam Boccaccii.
Talanus quondam Boccaccii.
Cantinus, & / *Carolus* } *quondam Guerrae de Cavicciulis de Florentia.*
Guidus Beusi.

Dossus, & Paganinus } *quondam Lapi Alamanni.*
Guidus Didazi eorum nepos.
Gerardus Sgrane.
Pepus, & Talanus } *Boccaccii de Cavicciulis de Florentia.*
Ioannes Andreae, & Nerius Chinza } *de Riccis de Florentia.*
Rusticus
Riccardus
Ardingus
Bartolus qui dicitur Iudex, &
Iacobus qui dicitur Iudex } *Omnes de Riccis de Florentia.*
Ioannes de Giugnis de Florentia.
Falcus, & Fatius } *quondam Cambi de Giugnis.*
Vgolinus, & Gerius } *quondam Zampa de Giugnis.*
Nerius Clerici de Pazzis.
Simon eius filius.
Iachinottus de Pazzis.
Clericus, & Antonius } *eius filii.*
Franciscus quondam Pazini.
Ghigus Iacobini de Pazzis.
Rottinus, & Accorri } *quondam Iacobini de Pazzis de Florentia.*
Lapus, & Cambius } *quondam Geri Balestrerii.*
Baldus de Agullione qui dicitur Iudex.
Chele, & Nicolo } *eius Nepotes.*
Truffa de Agullione.
Betto Ristori.

Arri-

Arrigus Cocchi qui dicitur Notarius.
Chellus Baldovini qui dicitur Notarius.
Baldovinus eius frater.
Bertus Baldovini pater praedictorum.
Mazzeus quondam Miglioris Guadagni.
Meglioruzus quondam Zati Guadagni.
Perozius olim Perozii quondam Guadagni.
Lottus Miglioris Panze.
Bartolus quondam Benedicti.
Ionnes, & Nerius } *eius fratres.*
Gerardus quondam Vberti
Cantiozus quondam Terii
Simon quondam Guidonis } *de Vicedominis.*
Guccius quondam Cierriti
Laurentius Banchi Cierriti
Albizzus qui dicitur Notarius
Lapus Bracci.
Lottus quondam Bindi Aliotti.
Naddus Tedicis de Aliottis.
Passa Zati Passavantis.
Simon, & Zatus } *Gatti Passavantis.*
Belluccius Comabelli.
Franciscus, & Bengus } *eius filius.*
Pannocchia Manni Riccomanni.
Lapus Rainaldi, & Salvinus Grassus } *Drittafede.*
Durante Bonfantini.
Biadus, & Druci } *Drittafede*
Cionettus Giovenchi de Bastariis.
Tommasinus, & Giacchettus } *De Bastariis.*

Gui-

Guidus Orlandi Rusticbelli.
Lapus Davanzati.
Cambius Magistri Salvi.
Lapus Covoni.
Auctus, & Lottus } *Vermlgii.*
Riccus de Albizzis.
Lippaccius, & Girrardus } *Bartoli.*
Fantinus, & Franciscus } *Rustichi Bonifacii.*
Aldobrandus, & Iacobus quondam } *Spigliati de Filicaia.*
Naddus, & Ioannes dictus Notarius } *quondam Spigliati de Filicaia.*
Albertus, & Pierus } *Bandini de Filicaia.*

De Sextu S. Petri Scaradii.

Naddus de Filicaia.
Chiaramontese Masus eius filius Cinus Dominicus, & Bindus } *De Vccellinis.*
Ruggerius, & Spilla } *Benci Medici.*
Rainaldus, & Scarpa Scarpe.
Iohannes Alfani Beliottus, & Sandrus } *quondam Feresii Alfani.*

Lan-

Landus, & } *Beliotti*.
Pace
Tegghia della Vitella.
Cione de Magnale.
Gianotte, & } *de Magnale*.
Guidus
Duccius Risaliti.
Cione del Canella.
Ioannes Rustichelli.
Miglinus Magaldi
Lapus Talenti.
Iannottus Bucelli.
Rustichus de Sancto Apostolo dictus Notarius.
Bellus Cullacci }
Ciones, & } *quondam Gerardi Notarius*.
Perozzus }
Duccius, & } *Magalotti*.
Ciones
Lippus de Mancinis.
Lottus, & } *Guidonis Malabocche*.
Duccinus
Nerius Marga de Mancinis.
Catellinus }
Calcina, & } *de Raffacanis*.
Gregorius }
Lappus Zaffa.
Guccius de Maneriis
Ceffus de Maneriis.
Bartolinus Cienni Alberti.
Donatus dell' Antella.
Cenninus Orifex.
Lapus Arnolphi.
Iacobinus Morelli de Tebalduccis.
Lapus de Compiombensibus.

Ber-

Bertinus de Rimbertinis.
Gallinus Cionis, & / *Vbaldinus Tadocii* } *De Sacchettis.*
Rodolphus, & / *Giambertinus* } *quondam Gerii de Cavalcantibus.*
Laurentius Turagli de Vrtine.
Mettus Bianchi de Pulcis.
Laius, & Ghinuccius eius filius.
Lamus / *Fiorentinus, &* / *Albicinus* } *Pucci Corbinelli.*
Caterinus, & Bertuccius Simibaldi.
Lotterius Vberti.
Bettus, / *Baldus, &* / *Pulce* } *quondam Guelfi de Pulcis.*
Franciscus quondam Pecciardi.
Bertus, & / *Doginus* } *olim Dogii de Pulcis*
Guido Pieri & / *Ruggieri* } *de Pulcis.*
Banchellus, & / *Ioannes* } *Lamberti dell' Antella.*
Lambertus Masii de Antella.
Guidus Betti del Bene Populi Sancti Romuli.

DE SEXTU BURGI.

Collenzanus Gentili, &
Pepus Raynerius, &
Rossi
Manente Raynerius Marignani, &
Bindus Scancherius. } *omnes de Bondelmontibus de Florentia.*

Bon-

Bondelmonte quondam Benghis, &
Lottus quondam Bondelmontis
Monte quondam Gerrarducci
Venturella quondam Benghi
Vannes eius filius, &
Fantones Giotti } *omnes de Bondelmontibus.*
Bernardus Paccini dicti Giotti.
Francifcus Cacciae Bonciani.
Bardus quondam Mafi Guernerii.
Caccinus, &
Giannottus } *quondam Cienni Bonciani.*
Brandallus quondam Bartoli.
Dardanus, & Leonus fratres de Acciaiuolis.
Montęmagni, &
Acciaiuolus } *quondam Marchi de Acciaiuolis.*
File
Bindus
Vgho, &
Pierus } *Oddi de Acciaiuolis.*
Lapus Rinovantis.
Tuccius Scambrilla.
Guccius Baris Tornabelli.
Nerius quondam Bellincionis.
Bellincione eius filius.
Ioannes Simonetti.
Azulinus de Buftichis.
Alexander Fortebraccii.
Andreas de Buftichis.
Corteccione de Buftichis.
Bertus, &
Pace } *quondam Corteccionis de Buftichis.*
Banchus Nepi de Buftichis.
Raynerius de Buftichis qui dicitur Iudex.
Simon, & Senga de Arruffatis.

Ge-

Gerius
Guglielminus } *quondam Manetti de*
Pierus, & } *Spinis.*
Vannes
Philippus, & } *quondam Vgonis Spinae.*
Spina
Doffus Lapi Vgonis Spinae.
Simon Gerardi, & *Advocatus eius frater.*
Vannes, & } *Rossi de Gianfigliazzis.*
Simon
Nicolaus Telli de Gianfigliazzis.
Gerius de Gianfigliazzis.
Stoldus, & } *de Ardinghellis.*
Cantes
Franciscus Vbaldini, & } *de Ardinghellis.*
Lapus Donati
Ruffus de Giandonatis.
Scolarus, & } *quondam Ridolfi.*
Vguccione
Malignus, & } *de Iandonatis.*
Nosus
Coppus Stefani.
Pazinus, & } *quondam Gusci Pesci.*
Pescinus
Ceccus, & } *quondam Rustichi*
Bartolus } *Armaiuoli.*
Facius de Segna, qui dicitur Iudex
Ioannes, & } *qui dicuntur Notarii.*
Facius
Ceccus, & } *quondam Corsi Fornarii.*
Dinus
Donatus Tucci Busi.
Vannes Colti.
Medicus Aliotti.

Sa-

Sagna Filippi.
Bernardus, & Tegghia quondam Pacini Botticini.
Rinuccius quondam Cocchi.
Ioannes, & Tuccius Compagni.
Bartolus, & Nerocius quondam Mei Compagni.
Meglius, & Firenze Fagiuoli.
Buonus Callighaius.
Gianni, & Masus Bonci Linaiuoli

DE SEXTV SANCTI BRANCATII.

Chele Pagnini Bordoni,
Anselmus Palle.
Duccius Palle.
Vannes Puccii qui fuit de Forlì.
Vannes Marsilii de Vecchiettis.
Cenni Nanni Oricellarii.
Spinellus de Mosciano.
Paganus, & Lapus de Strotiis.
Vbertinus qui dicitur Iudex.
Lapus Lucoli.
Rainerius del Forese.
Landus Marmi
Salvinus Albizi Oliandolo.
Gerardus quondam Vgolini Ventraia.
Vgolinus Cardinalis dictus Iudex de Tornaquincis.
Cardinale Girolami.
Lottus Ardinghi.
Attore Belchari.

Ma-

Magister Ioannes Medicus.
Cessus Beccanugi.
Bernardus, &
Ferruccius } *de Bordonibus.*
Lapus de Mongone.
Baldus Borghi.
Gerius Orlandi.
Mannus Attaviani.
Achori Beliardi.
Dolcinus Aurifex.
Guatanus de Pilis.
Feus Mini Alberti.
Franciscus Zucconis.
Ceccus Miniati.
Checcus Corsi Fornarii.
Nerius Vianattieri.
Iohannes Incontri.
Lippozzus Gerardini Gianni.
Bindus dictus Bindactara.
Bettinus
Cette, &
Altieri } *quondam Ormanni de Foraboschis.*
Zuccarus Magistri Iulii.
Giannus eius frater.
Massius Zuccari.
Lapus Mariae.

DE SEXTV PORTAE DOMVS.

Nepus Nepi della Tosa.
Clericus eius filius.
Gottefredus, &
Simon } *quondam Rossi.*
Ganuccius de Matriola.

Pi-

Pinus quondam Vannis.
Ioannes Saxus quondam Rainerii.
Rossellinus quondam Henrici.
Odaldus della Tosa.
Veglia de Ameriis.
Verius Rondinelli.
Busticus, & Lapuccius } *Consigli.*
Falcoccius Rondinelli.
Niccolus, & Taddaeus } *de Cerreto.*
Donatus, & Falcardius. } *Lapi Viviani.*
Butus, & Davancinus } *Richi.*
Bartolinus, & Giuntha } *Lapi de Galiano.*
Tertius de Bonellis.
Gerius Cardinalis.
Alexius de Crinario.
Amadore Lanaiuolus.
Albertus Rosone qui dicitur Iudex.
Gerius Rosone qui dicitur Notarius.
Hezolinus, & Lapus } *quondam Fortis Besoli.*
Bindus de Brunelleschis.
Martellinus Richi.
Bartolus de Anchionibus.
Stephanus Toscanelli.
Cambius Malabocche.
Tuccius Ciapi.
Cambius Cappellanus.
Andreas Spinelli.
Cenninus eius Frater.

Lip-

Lippus Bongie.

Lapus, & *Ardinghus*	*de Medicis.*

Bone Bensi qui dicitur Notarius.
Iacobus de Marignollis.

Bancus, & *Cassinus*	*Falchi Bonaccorsi.*

Dominicus Bencivienis.
Pratese Beccarius.

Neruccius, & *Gieri*	Bendi *del Nero.* *de Ambrosiis.*

Scolaius de Iandonatis.
Orsachius Tebaldi de Iandonatis.
Iacobus Magnoli.
Iannoctius Pucci Magnoli.
Donatus, & Lapus Benci de Magnolis.

DE SEXTV PORTAE SANCTI PETRI.

Durante Vinatterius.

Tomasius *Henrigaccius* *Vgolottus, &* *Maruccius*	*Filii Aglionis de Aglis.*
Nerius, & *Ventinus*	*Ghinucci Bonfantini.*

Ciones Salimbeni.

Ghigus *Lapus, &* *Franciscus*	*Ruggerii Campanarii.*
Lapus, & *Durante*	*Bonfantini.*

Corbizus Mazoni.

Fer-

Bertius Arrighi.
Durancozius Bonfantini.

Nomina vero Comitatinorum Florentinorum, qui de praedictis publice inculpantur & diffamantur, contra quos iam processum est, & sunt isti infrascripti.

Baldus, &
Ranierus } *Fini.*

Schiattinus
Tile, &
Scalza } *De Bonzzis de Fighine Vallis Arni Superioris.*

Braccius Gentilis de Palmeriis.
Paulus Arrighi qui dicitur Iudex.

Mazola Vice
Lappus Citti
Bufaza Cittadini
Maza Cituzzi
Bonaceltus, & Monis
Ghiarruccius
Tanus Landi
Angelus Bocchineri
Magna Giunchi
Gesca Dechi
Dati
Giaffa, &
Romanus } *Vite.*
Ioannes Sartoris qui dicitur Notarius.
Vannes vocatus Ascianicus
Tonus Landi } *Qui omnes sunt de Cascia Vallis Arni superioris.*

Nicola de Francesis.

Franciscus Arrighi de Manettis de Fighine.
Mazzuolus de Francesis.
Ioannes Neapoleonis de Manettis de Fighine.
Bindus
Panziera, & } Vgi de Rioasoli.
Bindaccius
Faggiolus
Bertus, & } Vgonis de Cacchiano.
Zeppa
Rossus de Viella de Chianti.
Pannocchinus Rugerii } De Broglio.
Iacobus Alberti
Vgolinus de Vertine.
Nuccius
Lapus } Filii Totti de
Alexander, & } Vzzano.
Guccius
Guccius
Tottus, & } Rainaldi de Panzano.
Bindaccius
Bindus
Ciampoli, & } eius filius de
Fredi Panzano.
Vannes
Tinghinus, & } Balduvinetti de Gerardinis.
Bettus
Bettur
Duccius } Lotteringhi de Gerardinis.
Massus, & } de Monte Corbolini.
Naldus
Vannes } quondam Bernardini de Ge-
Noldus, & } rardinis de Monte Corbolini.
Gerardus
Bernardus, & } quondam Bernardi Orlandi
Manfredi Gui-

Guidus Impiccia
Niccoluccius, & } *eius filius*
Fonochbius
Gualtierii, & } *filii Bernardi praedicti.*
Tanus, &
Armaleus
} *omnes de Squarcialupis de Montenano.*

Sarsinus Lupi Squarcialupi.
Monaldus Squarcialupi.
Ciampus eius filius.
Gerardus Roggerii della Fiorina.
Tone Ricchardi.
Guarnerius Vangi, &
Vangus Righetti } *de Ciparello.*
Braccinus quondam Boncinsegne de Adoria.
Quercius
Fede, &
Segna, & } *eius filii.*
Orlandus
Bernardus de Monte Rinaldi.
Bindus Tegghie.
Folinus eius filius.
Massus, &
Tegghia } *etiam eius filii.*
Guccius, &
Tribaldus dictus Panziera } *quondam Thebaldi dicti Fuobe de Monte Rinaldi.*
Luca, &
Masus } *Tabaldi de Stinchis.*
Scolaius de Gangalandis.
Bernarduccius
Sangallus
Cignus Marucci } *de Signa.*
Facius Garulla, &
Kortaldus.
bba de Rinaldis.

Q 2 *Ber-*

Bernardus Guiduccius, & Iacobus	*eius filii.*
Vnitettus, & Bindaccius	*quondam Gualterii.*
Guccius Gualterius, & Franciscus	*quondam Rainaldi omnes de Rinaldis de Segna Comitatini, & Cives Florentini.*

Data, lata, & pronunciata fuit dicta Sententia per dictum Dominum Imperatorem pro tribunali sedentem, & lecta, & publicata mandato, & in praesentia ipsius Domini Imperatoris per Paulum Ranuccii de Monte Imperiali Notarium, & eius Officialem, & in praesentia Mei Leopardi Frenetti de Pisis Notarii Camerae Imperialis, & Magistri Ioannis de Vrbino Notariis ipsius Domini Imperatoris; quibus & insuper Notariis supradictis idem Dominus Imperator praecepit, quod de praedictis omnibus, & singulis fiant & dentur, & faciamus & demus publica Instrumenta. In Castris apud Montem Imperialem praedictum Florentinae dioecesis super Florentiam. Et haec omnia ibidem acta fuerunt; & convocata ibi ad audiendum dictam Sententiam legi Imperiali mandato multitudine copiosa tam Nobilium, quam Popularium de partibus ultramontanis, & Italiae, ac etiam aliunde, praesentibus magnificis, & potentibus viris, & Dominis Amideo Comite Sabaudiae, Ioanne Comite Foresii, Manfredo de Claramonte Comite Mohac, Henrico de Flandria Mariscalco dicti Domini Imperatoris, Tancredo Comite de Muttigliana, Federico Comite Montis Feltri, Conte Comite de Ilcio, Spinetta Marchione Malaspine, & Dominis Egidio Thesaurerio Domini Imperatoris, Francisco

correptus in balnea Macerati se contulit; inde invalescente in dies morbo ad Bonconventum; ibique non multo post interiit. Cuius mors non sine veneni infamia a Florentinis in Eucharistia per quemdam Fratrem (1) ex ordine Praedicatorum machi-

cisco Tani de Vbaldinis, Nicolao de Zauro de Ianua, Baldinaccio de Adimaribus de Florentia, Bascheria de Tosinghis de Florentia, Alexandro de Oisi, Simone Filippi de Pistorio, Nicolao de Bonsignoribus de Senis, Ioanne Zeno de Pisis, Theobaldo de Bellovisо, Baldovino de Monte Cornetto, Raniero de Casulis, Giano de Cerchis de Florentia, Paulonio de Faggiuola, & Raniero Iannis Comite de Donnoratico, & quampluribus aliis fide dignis testibus ad haec rogatis, & vocatis. Dominicae Nativitatis anno millesimo trecentesimo tertio decimo, Indictione undecima, die XXIII. mensis Februarii; ac Regni ipsius Domini Imperatoris anno quinto, Imperii vero primo.

Ego Rainerius Filius quondam Leopardi Frenetti Notarii, & Pisanus Civis Imperatoria Maiestate Iudex Ordinarius, atque Notarius publicus praedictus omnia ut in actis suprascripti Leopadri olim Patris mei tunc temporis ut supra Notarii Camerae supradicti Domini Imperatoris inveni, ita scripsi & publicavi, ac meum nomen, & signum apposui, & haec est subscriptio ipsius Rainerii Notarii, &c.

(1) Hoc arbitror Gibellinorum commentum fuisse, eo quod Florentini contrarias partes intrepide sequerentur; quum certe exploratae fidei sit, Fridericum laboribus, & incommodis in obsidione urbis

Flo-

nati habita est. Sed nos id pro magnitudine rei parum compertum habemus. Mortuus est Henricus septimo kalendas Septembris, & eius cadaver per suos Pisas delatum. Cuius morte vacavit Imperium Romanum mensibus duodecim.

Fridericus Rex de Imperatoris morte certior factus, relicta classe ex Pisanis, Genuensibus, & Celtis collecta ferme ducentarum navium (1) Pisas se contulit, ut quem vivum videre non poterat, mortuum intueretur. Quo viso paulo post ad exercitum rediit. Fama est Robertum Imperatoris potentia adeo deterritum, ut regnum Neapolitanum relinquere cogitaverit. Ceterum post Henrici mortem Pisani conscientia permoti earum rerum, quas contra Lucenses, & Florentinos patraverant, Friderico se dedunt. Quos quum ille renuisset, nec esset ex Imperatoris exercitu, qui eos reciperet, Vguccioni Fagiolano, qui Genuensibus ab Henrico praefectus fuerat, se committunt; & in eum poene omne urbis imperium permisere. Hic Pisanorum ope adiutus equitatui quem prius conscripserat, etiam quingentos equites addidit eorum militum, qui cum Henrico militaverant, qui cre-

Florentiae perplexis, occubuisse, ut fere omnes Historici habent. *Mecatt.*

(1) In Annalibus habet centum navium. *Mecatt.*

crebris excursionibus agrum Lucensem infestando plurima Lucensis agri castella occupavit. Quibus pacem a Fagiolano petentibus ita demum impetravere, ut parte eorum agri permissa sibi, Gibellinisque exulibus in urbem reductis pacem acciperent. His peractis in Florentinos exercitum duxit quibus multa incomoda contulit. Deinde orta seditione Lucae inter Gibellinos, & Guelfos propter bona non integre Gibellinis restituta Lucam rediit. Ingressus urbem aequum se praebuit iudicem, & utrosque increpans, quum asperiora ob foedus non servatum verba in Guelfos fudisset, deseritur a Guelfis Luca, quum nihil eis tutum a Duce Gibellino sperarent. Eorum bona ab adversariis occupata; & Pisanis urbis dominium promissum est. Dum haec apud Lucam geruntur Florentini castra Arretium admoverant, quoniam, Tarlatis adnitentibus Fagiolano Pisanisque se iunxerant; Et Fagiolani vim timentes auxilia a Roberto Rege expostulaverant; qui eis Petrum Gravinae Comitem Fratrem suum subsidio misit cum equitibus quadringentis, quorum opera Florentini saepius prospere usi sunt.

Philippus Franciae Rex ea tempestate iussu Pontificis Conventum apud Parisios habuerat, in quo interfuerant ipse cum

duobus filiis Ludovico Navarriae Rege, & Carolo Vallesii Comite, Aduardusque Angliae Rex; in quo primo Bonifacii acta, quae Philippus infringere conabatur, approbata sunt. Cautum tamen ne quae Philippus Benedicti operibus egerat in dispendium Romanae Ecclesiae facta viderentur; idque tantummodo revocatum, quod contra eum a Pontifice factum erat. Deinde voto per eos facto ad expeditionem ultramarinam intenti signum Crucis accepere; quod frustra susceptum est, re postea non sequuta. Magnus Cometes in septemtrione exortus in fine signi Virginis apparuit, duravitque diebus quinque & quadraginta, cuius significatio mox sequuta est. Nam & Philippus Franciae Rex obiit ab apro praecipitatus, & Ioannes eius filius, cui successit Philippus Ludovici Regis Navarrae frater, occubuit.

Eo item anno Petrus Morrona, quem Pontificatui renunciasse meminimus obiit, & in sanctorum numero habitus: & Clemens Quintus Pontifex diem clausit extremum; & diffidentibus de novo Pontifice eligendo Patribus, vacavit sedes Romana annis duobus, mensibus tribus & diebus XVII. Quo tempore Fridericus Siciliae Rex a Pisanis classe adiutus in Siciliam rediit, & Roberto bellum continuavit in Calabrias.

traiiciens. Quo metu Robertus alia parata classe, quum Drapanum appulisset, nihilque in Sicilia proficeret; videns sibi maioris esse detrimenti obsidere illos quam ab eis obsideri, inducias in terminum cum Friderico firmavit.

Electores Imperii, qui hactenus de Caesare eligendo discordaverant, duos creavere; Ludovicum Bavariae Ducem, qui Bavarus dictus est, & Fridericum Austriae Ducem. Qui praelio inter se commisso quum acrius dimicarent Fridericus a Bavario captus est. Qua victoria insolentior factus iniussu Pontificis imperium exercuit. Hic sedit in Imperio varia belli fortuna annis XXXIII. intentusque ad Italiae res, tanto favore Italorum illas prosequutus est, quanto maiorum suorum antea nemo. Namque Matteum Vicecomitem Galeatii Patrem, & Martium, Luchinum, Ioannemque, & Stephanum filios ad Tirannidem occupandam misit, pluresque alios de quibus suo loco dicemus.

Anno sexto & decimo super trecentesimum & millesimum Patres tamdem Ioannem XXII. Pontificem creavere. Is sedit in Pontificatu annis XVIII. & tribus mensibus. Interea Petrus Roberti Regis frater quum multa contra Arretinos frustra tentasset, tamdem Guidonem Petramalem

corum

eorum Episcopum in sententiam traxit ut cum Florentinis pacisceretur, ratus Arretinos cum suis Tarlatis Fagiolani amicitiam petentibus eo maxime modo debellari posse, si intra se ipsos decertassent, foedus cum eorum Praeside iniit, & Episcopo urbi administrationem & magistratum creandorum potestatem habere dedit, dummodo omnia Florentinis restituerent, quae Henrici temporibus amiserant.

Fagiolanus interea agrum Florentinum ingressus ad portas usque Florentiae cuncta populabatur, Pistoriensibusque, & Volaterranis non minora quam Florentinis eorum sociis damna inferebat; & tamdem castra apud Montem Catinum Pistoriensis agri adegerat; erectisque tribus circum moenia castellis usque bene munitis, prima luce oppidum opprimebat; vespere autem ex Pistoriensi, & Florentino agro pradeas agebat; idemque ex Miniatensi agro fieri coeptum. Qua iniuria permoti oppidani, se cum Florentinis contra Pisanos armarunt. Florentini animis aucti, quod opportunum oppidum Pisanis finitimum in suas partes attraxerant, illis praesidium equitum immisere, qui nihil pacatum Pisanis, aut tutum relinquebant. Deinde a Roberto maiores equitum turmas exposcerant. Quos ille ob inducias cum Friderico Aragonio firma-

tas

tas eis misit, ductu Philippi Principis Tarentini, qui ipsius Roberti frater erat.

Per id tempus Pontifex Imperatori Ludovico confirmationem, & diadema expostulanti concedere noluit. Quo tempore Florentini aucti copiis obsidionem Montis Catini solvere cupientes, & Fagiolanus non cunctandum ratus, relictis castellis, quae erexerat quadrato agmine Lucam fugere simulans a Florentinis invasus est. Commisso praelio, quum maioribus animis Fagiolanus resisteret, praeter eorum spem cruentum, certamen factum est. (1) Nam & Petrus Roberti Regis frater, & Franciscus Fagiolani filius inter se coeuntes multis vulneribus cecidere, & quum diu anceps plus ceterorum esset certamen, tamdem Vguccio victor evasit. Quatuor millia Florentinorum exercitus caesa, & par numerus copiarum superfuisse memoratur. Caesi etiam complures Florentini exercitus Duces Carolus Tarentini Principis filius, Brascus Aragonius, Cenciusque Centurio, Carolus Battifollis Comes, & Mons Catinus hosti paulo post se dedit. Florentini post eam claudem omnes animo concidere, Rober-

(1) Inter mortuos in hoc certamine memorat & ipse *Villanius* Petrum Roberti Regis fratrem, cuius cadaver reperire non licuit. Vide *Villanium Cap. LXX. Lib. IX.* Mecatt.

bertique Regis iugum excussissent. Sed misit tamdem eis in auxilium Baultium Andriae Comitem & Montis Scalacii, qui Novellus dictus est.

(1) Ferrarienses eo anno cum Regis militibus decertarunt, quia nobilem quemdam adolescentem Ferrariae oriundum necaverant. Qua iniuria permotus Raymundus Boccapiana eius familiae primarius, ex qua adolescens perierat, accersito apud se Herodigio Obitio Lucensi, & Azzone Hestensi, qui in Romandiola thurmas equitum ducebant, eam urbis partem adgressus, quam iuxta pontem Hispani muniverant, cum Celtis conflixit; qui munitionibus ad primam vocem excitati tumultus, excesserant. In hos reliqui cives conversi in fugam verterunt. Iique ad scaphas confugientes multitudine eorum opprimente cum ipsis Hispanis submersi sunt. Quo metu perterritus Degus, relicto dominio urbis, Bononiam ad Legatum se contulit. Hestenses Dominio potiti urbis, Ferrariensibus, & praesertim Raymundo gratias egere.

Per ea tempora Robertus Siciliae Rex quadraginta navium classem contra Fridericum Aragonium armat, iisque praefecit Tho-

(1) Nam Ferrariae praesidio erant Roberti Regis milites, qui eam pro Ecclesia defendebant. Robertus enim totius erat Romandiolae Comes. *Mecatt.*

Thomam Marzanum Regni Admiratum, qui erat Scalacii Comes. Hic ut Siciliam appulit magnis excurſionibus inſulam infeſtabat. Ad quos conciliandos Pontifex in quinque annos inducias inter eos firmavit, reſtitutumque eſt in manus Pontificis à Friderico Regnum.

Quo tempore Piſani ſuis rebus ſatis proſperis non contenti, contra Fagiolanum conſpiravere. Re detecta, Fagiolanus auctores ſceleris ultimo (1) ſupplicio affecit. Nec tamen Piſani ab incepto deterriti ſunt metu eorum qui poenas dederant, ſed obſtinatius perſeverantes, hortantur ut qui praeerat, urbe eiiceretur. Perſuaſa illis re, Caſtruccius adoleſcens ex familia Caſtracanorum nobilis, princeps conſpiratorum factus, quem filius (2) ob populationem in Lucenſibus factam in vinculo coniecerat, ſupplitiũque ſumere de eo properabat. Tumultu excitato a coniuratis, Nereus aufugit. Quum ad tumultum compeſcendum Fagiolanus Piſis egreſſus feſtinaret, filium habuit obvium, qui Luca pulſus ad patrem confugiebat. Interrogante Vguccione quiſnam

(1) Qui ſupplicio Piſis ab Vguccione ſunt affecti, fuere Banduccius ex Bonconti familia, & eius filius *Mecatt.*

(2) Ideſt Nereus Vguccionis filius qui Lucae erat, & Lucenſibus pro patre imperitabat. *Mecatt.*

nam seditionis auctor fuerat, nec dum responso accepto, unus ex gregariis militibus, quem Pisis reliquerat properans advenit, cum codicillis ab eius praefecto immissis, in quibus nuntiabatur Pisanos ab se defecisse. Hoc maxime modo Fagiolanus duarum urbium una poene hora dominium amisit.

Anno MCCCXVIII. in Etruria apud Terraium agrum monstrum natum est, duos pueros uno umbilico iunctos habens (1), cui ab uno laterum bina crura, sed invalida pendebant; ab altero unum tantum; vixit diebus quadraginta. Et in Volaterrano agro sex diebus aer adeo caliginosus fuit, ut parva diei & noctis discretio haberetur.

Ceterum Fagiolanus ad Malespinas veteres amicos confugit, & longo ambitu ad suae Romandiolae oppida rediens, consenuit, ubi relictis filiis nepotibusque decessit. Qui nostra memoria a Florentinis paternis bonis, & Saxinate Castello, agri quondam Boiorum, depulsi, & privati sunt.

Castruccius carcere liberatus Tyrannidem Lucae occupavit. Quo tempore Pisani cum

(1) Mortuus est Florentiae in Nosocomio Sanctae Mariae *della Scala*; & prius una, deinde altera corporis pars defecit. Sic *Villanius cap. LXXVII. laudati Libri*. Mecatt

eum Roberto pacificantur; & Vicecomites a Pontifice excommunicati sunt, quia admoniti ab eo Mediolani Tyrannidem non relinquebant. Deinde Pontifex Ludovico Bavario suis iussibus non parenti sacra inhibuit. Genuenses item Guelfi instabiles, quum gravioribus seditionibus vexarentur, Gibellinos eiecerunt; a quibus interea obsessi quum diutius ab iis essent oppressi, & Guelfi sua ope diutius urbem tueri a Gibellinis non possent (1) Roberto Regi se commendarunt. Qui eo profectus cum quinque & triginta Triremibus, & Navibus onerariis septem & quadraginta cum Ioanne Amoraeae, & Philippo Tarenti Principe, suis fratribus Genuam ab obsidione liberavit, dominiumque urbis accepit. Spinulae soluta obsidione Ligures belli socios sumunt, & Robertum invadentes fugarunt. Horum metu Robertus liberatus in Provinciam ad res suas visendas proficiscitur; deinde Pontificem adiit, quem de Italiae rebus certiorem fecit. Qui Carolum Vallesii Comi-

(1) In hac expeditione Florentini quoque miserunt equites centum, & quingentos pedites ad Roberti Regis partes firmandas; quos quidem etiamsi fortiter se gessisse memoret *Io. Villanius Cap. XCVI.* tamen Robertum deinde fugatum, Provinciam adire coegisse paulo post narrat noster Historicus. *Meratt.*

mitem in Italiam misit, ut Gulesis praesidio esset.

Anno gratiae MCCCXX. Castruccii bellum cum Florentinis exortum. Miniatensium Mangiadorios, Bonincontrumque Iurisconsultorum doctissimum, & ceteros eiusdem factionis in societatem adscivit, deinde Pisanos. Posthaec soluta Florentinorum pace Guidoni Petramalae Arretinorum Praesuli se coniungit; qui bis Florentinorum copiis profligatis primo apud Vitolinum, deinde apud Faretium, Pistorienses ad eorum societatem attraxere. Qui, auctore Philippo Thedicio eorum Cive, Florentinorum amicitiam reliquere.

Florentini copiis de integro restauratis, quum apud Decoranum consedissent a Petramala fugantur, & oppidum amisere. Quo tempore Gibellini Genua extorres, Liguribus secum adiunctis, apud Genuam in Valle Bisanna cum Guelfis conflixere. Acriter aliquot diebus & cruente pugnatum inter utrosque a parte superiore permansere, & Genua suburbia recuperarunt. Deinde a Castruccio, & Friderico Siculo adiuti urbem obsedere. Insequenti anno Dantes Florentinus Ravennae in exilium datus moritur. Et Philippo Rege Galliae vita functo, Carolus eius Frater regnat. In Asia vero equitatus Siriae ingentem Armenorum

mul-

multitudinem coepit; Scotique inexplorato Angliam ingressi, viginti hominum millia amisere. Nec tamen ab hoc territi animis concidere; sed reparato exercitu, Angliam repetentes Regis exercitum fuderunt.

Florentini eo tempore ab Simone nescio quo, eorum Duce pecunia a Castruccio corrupto deserti sunt, qui magnam in Miniatensi & Montepolitiano agro vastitatem dederat. His peractis Castruccius Pratensem agrum invasit suasu exulum Florentinorum, & duobus millibus passibus procul ab oppido consedit, tentansque nocte intempesta scalis oppidum ingredi, ab oppidanis reiectus, in sua castra redivit. Guido Petramala ex superiori Arni parte nonnulla Florentinorum castella occupaverat, Tibernumque susceperat, Guelfis omnibus inde expulsis. Qua iniuria Perusini indignati bellum Arretinis indixere. Et Vgo Baultius a Marco Vicecomite eodem anno praelio fusus apud Alexandriam urbem Lombardiae fuit. (1)

Thomas Aquinas in Cathalogo Sanctorum relatus a Ioanne Pontifice est, qui Bavarium excomunicavit; instituitque ut qui negaret Christum Filium Salvatorem

R &De-

(1) Quum per ea tempora Florentini Mercatores divitiis adfluerent, ut ex eo, quod de *Bardis*, *Perutiis*-*que*

que Io. Villanius Lib. XI. Cap. LXXXVII. narrat, luculente exstat, *Ioannes XXII.* Equites Rhodios ad *Perutios* aliosque Florentinos dirigit, ut mutua pecunia ab eis accepta suae indigentiae consulant; & ea propter *Perutiis* ipsis, eorumque sociis litteras mittit, quas heic proferimus ex ipso autographo, quod mihi a *Bindo Sim. Perutio*, Patricio Florentino, & Nostrae Academiae Professore perhumaniter commodatum fuit.

IOANNES Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Magistro Prioribus & Capitulo Generali Hospitalis Sancti Ioannis Ierosolymitani, nec non Mercatoribus, & Societati Perutiorum de Florentia salutem, & Apostolicam Benedictionem. Dudum ad statum miserabilem Hospitalis Sancti Ioannis Ierosolymitani, eiusque oppressiones multiplices, & onerosa gravamina debitorum, & aliorum multiplicium onerum, quibus graviter premebatur, quaeve iugiter augmentabantur in eo paternae pietatis oculos convertentes, & moti erga ipsum internae compassionis affectu excogitare caepimus vias diversas, & modos, per quos possemus Hospitale praefatum a praedictorum debitorum sarcinis, & oppressionibus aliis celeriter liberare, & post multas deliberationes super iis habitas, prospicientes quod ad ista felicius exequenda erat omnino necessarium vestrum Filii, Magister, Priores, & Fratres Hospitalis eiusdem Capitulum Generale, & quod magna locorum distantia rerumque expediendarum necessitas non patiebantur illud in praesentiarum posse celebrari in partibus transmarinis; quum urgens remediorum huiusmodi, & acceleranda provisio absque dispendio gravi Hospitalis eiusdem

dem moram tanti temporis nullatenus recepisset, tuque praefate Magister absque gravi damno, & praeiudicio Ordinis tui, & Hospitalis praedicti hoc tempore ad dictas partes transmarinas te conferre nullatenus potuisses; Vobis mandavimus, & spetialem auctoritatem dedimus de Fratrum nostrorum Consilio, & Apostolicae plenitudine potestatis, quod apud Arelate convocaretis, & etiam celebraretis vestrum Capitulum Generale, vosque freti in praemissis auctoritate praedicta Arelate primo dictum Capitulum convocastis illuc tu praefate Magister, nec non dilecti filii Petrus de Vngula Tholosae, Leonardus de Zibertis Venetiarum, Artaldus de Cavanone Navarrae, Iacobus de Canellis Lombardiae, Raymundus de Impuriis Cataloniae, Oddo de Monte acuto Arverniae, Petrus de Malleo Aquitaniae, Henricus de Manilio Campaniae, Gregorius de Parma Pisarum, Stephanus Velasci Portugaliae, Thomas Dominus Larchier Angliae, & Rogerius de Tillave Iberniae, Priores Martinus Petridoros Castellanus Empostae, Ioannes de Ripario Sanctae Trinitatis de Venusio, & Paulus de Mutina in Saxonia Turingia Slavia & Marchia praeceptores Hospitalis Sancti Ioannis Ierosolymitani personaliter ac praefati Petrus de Vngula Tholosae, & Leonardus de Zibertis Venetiarum Priores nomine quorumdam Priorum, & Baiulivorum absentium Hospitalis eiusdem, quorum procuratores existunt convenientes in unum, & Capitulum celebrantes, ac deinde propter multa dubia quae occurrebant quae sine nostra licentia, per te praefate Magister, & praenominatos Priores non poterant comode terminari voluimus, quod apud Avinionem, ubi cum Romana Curia residemus, dictum generale Capitulum se conferret, quod iuxta bene-

 pla-

placitum nostrum huiusmodi illuc se contulit inibi de nostra licentia terminandum. In quo inter alia pro quorum relevatione dictum Capitulum extitit celebratum, vos praenominati Magister, & Priores attendentes, quod a vobis, nec non Conventu, & Ordine ipsius Hospitalis, & diversis, & variis obligationibus vobis filii Mercatores societatis Perutiorum de Florentia maximae summae pecuniae debebantur postquam universa debita suprascripta, ex quibuscumque obligationibus, & causis contracta in certas, & determinatas summas vestra comuni concordia per rationes veras, & saepe computatas super singulis debitis supradictis redacta fuerunt ad conventionem huiusmodi invicem devenistis, videlicet quod de dictis summis quae per rationes huiusmodi saepius computatas deductis, omnibus solutionibus comuniter vel divisim particulariter, vel generaliter per vos praefatum Magistrum, & Priores, Conventum, & Ordinem Hospitalis eiusdem factis usque ad diem datarum literarum nostrarum vobis super infrascripta licentia concessarum ascendebant ad quantitatem centum & nonaginta & unius milium Florenorum auri de Florentia verae & purae fortis & capitalis, dictis Mercatoribus, & societati pro rata quantitatis praedictae quolibet anno infra quadriennium quod incepit in proximo praeterito festo Nativitatis S. Ioannis Baptistae, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo primo, ex tunc in antea computandum per vos praefate Magister ac Priores, & Fratres eiusdem Hospitalis satisfieri debeatur de quarta parte totalis, quantitatis praedictae in certis terminis anni cuiuslibet dicti Quadriennii, prout inter vos communiter existeret ordinatum, quousque dicta quantitas infra dictum Quadriennium foret totaliter persoluta.

Ac

Ac deinde vos praefati Magister, & Priores, cum praefato nostro Capitulo generali afferentes, ac sub voto Religionis vestrae constantius affirmantes, huiusmodi conventionem in dictorum Hospitalis, & Ordinis manifestam utilitatem & commodum redundare, & profuturam fore tam Terrae Sanctae negotio, quam defensioni totius fidei Christianae nobis humiliter supplicastis ut obligandi vos de novo comuniter, & divisim, nec non dictum Hospitale, & bona ipsius vobis praefatis Mercatoribus, & Societati vestrae pro dicto debito efficaciter persolvendo submissionibus, renuntiationibus, atque poenis concedere vobis licentiam, per nostras litteras dignaremur. Nosque super praemissis utilitatem Hospitalis eiusdem praecipue meditantes, vobis praenominati Magister, & Priores vestroque Capitulo generali faciendi obligationem praedictam per nostras litteras licentiam concessimus spetialem, vosque deinde praefati Magister & Priores, ac Mercatores post huiusmodi obtentam licentiam coram Venerabili fratre nostro Giberto Episcopo Massiliensi Camerario nostro, & dilecto filio Raymundo Iuvenis Scolastico Ecclesiae Petragovicensis Auditore causarum Camerae nostrae de communi vestrum hinc inde concordia, & assensu Contractum obligationis huiusmodi submissionibus, renuntiationibus, & multis aliis roboratum firmitatibus perfecistis, prout in Instrumento publico inde confecto, cuius tenorem de verbo ad verbum, praesentibus inseri fecimus plenius continetur. Quare nobis humiliter supplicastis, ut contractui obligationis huiusmodi, Apostolicae confirmationis robur adiicere dignaremur. Nos igitur attendentes non solum ex eo, quos vos praefati Magister, & Priores sub Religionis vestrae, voto constantius affirma-

tis computationes praedictas in pretaxatam Summam redactas in manifestum Hospitalis vestri commodum redundare, & profuturas plurimum, tam eidem Terrae Sanctae Negotio, quam toti Fidei Christianae, sed etiam sicut asseritis, propter deductionem multorum damnorum, & interesse, de quibus per vos, & Hospitale vestrum ante computationes praedictas in huiusmodi summam redactas, erat dictis Mercatoribus satisfactio impendenda, ad quorum refectionem, seu satisfactionem de caetero minime tenebimini, nisi dumtaxat ad huiusmodi summam verae sortis, & capitalis praesentibus comprehensam, prout inter vos communiter extitit ordinatum, computationes praedictas, & huiusmodi obligationem manifestam utilitatem respicere Hospitalis, & ordinis praedictorum vestrisque propterea supplicationibus inclinati Contractum obbligationis praedictae, coram praefatis Camerario, & Auditore, ut praemittitur de nostra licentia celebratum; & omnia, & singula contenta in eo auctoritate Apostolica, ex certa scientia confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem Instrumenti praedicti de verbo ad verbum per omnia talis est. In Dei nomine amen. Anno Nativitatis eiusdem, millesimo trecentesimo vigesimo primo Indictione quarta, die octavo, decimo mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi Patris, & Domini nostri Domini Ioannis Divina providentia PP. XXII. anno sexto. In praesentia Reverendi in Christo Patris Domini Gaiberti Dei Gratia Episcopi Massilien: eiusdem Domini PP. Camerarii, & Venerabilis Viri Domini Raymundi Iuvenis Scolastici Ecclesiae Petragoricen. Causarum Curiae Camerae dicti Domini PP. Generalis Auditoris pro tri-

tribunali sedentium, ac nostrorum Iacobi Audeberti, & Philippi Andreae Notariorum, & Testium subscri torum ad haec specialiter vocatorum, & rogatorum. Venerabilis, & Religiosus Vir Dominus frater Elyonus de Villanova Dei gratia Sanctae Domus Hospitalis Sancti Ioannis Ierosolymitani Magister nomine suo, & successorum suorum, dictique Hospitalis, nec non Conventus Membrorum & ordinis ipsius Hospitalis, ac etiam de voluntate, & consensu infrascriptorum Procuratorum, & Priorum, &c. Castellani dicti Hospitalis, ac Religiosi Viri Domini Fratres Petrus de Vngula Tholosae, & Leonardus de Zibertis Venetiarum, & Artaldus de Chananone Navarrae Prioratuum dicti Hospitalis Priores, & Frater Martinus Petridoros Castellanus Castellaniae Empostae Hospitalis eiusdem praesentes principaliter pro se ipsis, dictique fratres Petrus Tholosae, & Leonardus Venetiarum Priores Procuratores dictorum Domini Magistri Prioris Navarrae, & Castellani, & Venerabilium, & Religioforum Virorum Dominorum Fratrum Oddonis de Monteacuto Arverniae, Petri de Malleo Aquitaniae, Raymundi de Impuriis Cataloniae, Henrici de Mannilio Campaniae, Gregorii de Parma Pisarum, & Stephani Valatii Portugaliae Prioratuum dicti Hospitalis Priores, ac Pauli de Mutina Turingiae, Slaviae, Marchiae, & Saxoniae Armegavi de Fictorio de Otle, Sanctis de Aragonia Miraveti, Gaufridi de Boccabertino de Barbastia, & Iordanis de Manso de Arelate domorum, & Baiuliarum dicti Hospitalis praeceptorum, & fratrum Martini Ioannis de Prioratu Portugaliae Iacobi de Rippellis, Raymundi de Palan, Berengarii de Rial, & Iacobi Molocha de Prioratu Cathaloniae, & Eustachii

de Zernan de Ponte, & Nicolai de Foraſtaria de Prioratu Franciae; Hugonis de Cambono de Prioratu Arverniae, & Franciſci de Azello de Prioratu Vrbis Fratrum, & Capituli generalis dicti Hoſpitalis, & aliorum Priorum, Caſtellanorum, Praeceptorum, & fratrum dicti hoſpitalis, & ipſius Hoſpitalis, & Ordinis, & Religionis eiusdem Hoſpitalis, ac Prioratuum caſtellaniarum praeceptoriarum adminiſtrationum, & membrorum dicti Hoſpitalis a praedictis ſuperius nominatis, & ſemetipſis, & etiam a ſemetipſis, ut procuratoribus infraſcriptorum Priorum Angliae, Iberniae, & Lombardiae, &c. Et Viceprioris in Prioratu Capue, & a dicto generali Capitulo nomine eorum, & aliorum praedictorum in generali Capitulo; quod tunc apud Avinionem Auctoritate Apoſtolica tenebatur ad infraſcripta, & alia facienda conſtituti, & ſubſtituti, prout conſtat per aliud publicum Inſtrumentum per nos iam dictos Iacobum, & Philippum Notarium rogatum, & ſcriptum, ac etiam Procuratores Religioſorum virorum Fratrum Thomae Carchier Angliae, & Rogerii. . . . . . . Iberniae Prioratuum dicti Hoſpitalis Priorum ad infraſcripta ab eis conſtituti, prout conſtare dicebatur per publica Inſtrumenta ſcripta manu Petri Americi de Manuaſca Orſtaricenſis Dioeceſis publici Notarii, ac etiam procuratores Fratrum Iacobi de Cannellis Lombardiae, & Philippi de Granhana Vrbis, & Vngariae Prioratum dicti Hoſpitalis Priorum, ac Bartholomaei de Forcellata Viceprioris in Prioratu Capuae, & frater Raymundus Iordani dicti ordinis, Procurator Religioſi Viri Fratris Bremundi Martini Prioris prioratus Sancti Egidii Hoſpitalis eiusdem ab eis ad omnia, & ſingula infraſcripta conſtituti prout con-

constat, per alia publica Instrumenta scripta manu mei Iacobi Audeberti Notarii supradicti procuratorio nomine, eorumdem dicto Domino Magistro, & aliis praesentibus expresse asserentibus, & protestantibus, quod non intendebant dictos suos procuratores revocare, sed eos potius in huiusmodi procurationis officio conservare, tam Apostolica, per spetiales litteras eiusdem Sanctissimi Patris Domini Ioannis Divina povidentia PP. XXII. auctoritate eis concessa, quibus idem Sanctissimus Pater eidem Magistro obligandi super infrascriptis, se suosque successores dictumque Hospitale, & ordinem, ac Membra, & Bona ipsius Hospitalis mobilia, & immobilia universa praesentia, & futura ac praefatis prioribus, nec non praeceptoribus Castellanos, & Fratribus dicti Ordinis, qui fuerunt in Capitulo praedicto praesentes obligandi se principaliter nomine suo per se, vel procuratorem, seu procuratores eorum ad hoc constitutos, seu constituendos, nec non procuratorio nomine eorumdem Priorum, seu Fratrum absentium, quorum procuratores existunt per se, & substitutos eorum si ad substituendum eorum procuratoria extendantur, Mercatoribus societatis Perutiorum in Centum nonaginta & uno millibus Florenorum Auri de Florentia eis efficaciter persolvendis, ac summictendi, renuntiandi, & quamplura alia faciendi, prout in dictis litteris Apostolicis sub data Avinionis XII. kal. Iunii Pontificatus eiusdem Domini PP. anno quinto, plenius, & seriosius continetur, plenam & liberam concedit per easdem litteras facultatem quam etiam eiusdem Capituli generalis, & eorum & praedictorum, quorum sunt procuratores auctoritate, & omni modo, & iure, quibus melius po-

potuerunt confessi fuerunt, & publice recognoverunt in veritate, ex certa scientia & non per errorem iuxta confessionem, & recognitionem, quam super hoc eodem fecerunt coram eodem Domino PP. prout in dictis Apostolicis plenius continetur Philippo quondam Pacini de Perutiis, & Gerardo Gentilis Civibus Florentinis praesentibus Mercatoribus, & Sociis dictae Societatis Perutiorum, & cuilibet eorum in solidum, solemniter interrogantibus, recipientibus, & stipulantibus, nominibus propriis eorum, & cuiuslibet eorum in solidum, ac etiam dicto Gerardo, & Bonifatio Thomasii etiam Civi Florentino, praesentibus Procuratoribus dictae Societatis, & cuilibet eorum in solidum solemniter interrogantibus, recipientibus, & stipulantibus procuratoriis nominibus Thomasii, & Iocti Fratrum filiorum quondam Arnoldi, Domini Amidei, & Guidonis Fratrum filiorum, quondam Domini Philippi, Domini Ridolphi filii quondam Donati, & Silvestri filii quondam Pacini, omnium de Perutiis; Tani, & Gerardi Fratrum filiorum quondam Michi Baroncelli; Catellini quondam Mangiae de Infangatis; Philippi Villani Stoldi, & Rogerii filii quondam Locterii Silimanni; & Stephani quondam Huguccionis; & Ioannis quondam Ricchi Raugii Civium Florentinorum Mercatorum, & Sociorum dictae Societatis Perutiorum de Florentia, & cuiuslibet eorum in solidum, ac nobis iamdictis Iacobo, & Philippo Notariis, tamquam publicis personis, & cuilibet nostrorum in solidum solemniter interrogantibus, recipientibus, & stipulantibus, vice, & nomine omnium, & singulorum dictorum Sociorum, & Mercatorum dictae Societatis tam praesentium, quam absentium, & cuiuslibet eorum in solidum dictas

lit-

litteras Apostolicas, & omnia, & singula contenta in eis fuisse, & esse vera, dictosque Philippum, & Gerardum, & alios praenominatos fuisse, & esse veros Socios, & Mercatores eiusdem Societatis Perutiorum de Florentia, & quod in praedicto genenerali Capitulo per eosdem Magistrum, Priores, Castellanum, & Fratres primo Arelate, ac deinde Avinione de mandato, & auctoritate dicti Domini Summi Pontificis celebrato, visis, & diligenter inspectis cartulariis litteris, Instrumentis, Apodixis, & Chirographis confectis super diversis, & variis obligationibus, in quibus tam ex causa mutui, quam etiam ex aliis diversis, & variis causis in ipsis obligationibus comprehensis in maximis pecuniarum quantitatibus, praefati Magister Conventus, Priores, & Ordo dicti Hospitalis eisdem Mercatoribus tenebantur, & solutionibus in diversis Mundi partibus inde factis ac eorum rationibus universis vocatis insuper nonnullis de Fratribus, qui interfuerant in contractibus, huiusmodi debitorum, & plenam habebant notitiam eorumdem, & ipsorum informatione plenarie habita, & recepta, factisque rectis, & veris computationibus super singulis debitis ex diversis causis contractis contentis in obligationibus supradictis, revera per rationes saepe computatas compertum exstitit, & est, dictos Magistrum, Conventum, Priores, & Ordinem Hospitalis eiusdem, eisdem Mercatoribus in veris, & puris debitis in centum nonaginta & uno milibus Florenorum auri de Florentia, verae & purae sortis, & capitalis, tam ex caussa mutui, quam ex aliis variis, & diversis caussis, & obligationibus pro necessitatibus Hospitalis eiusdem contractis, eisdem Mercatoribus teneri, & existere obligatos, qui-

quidem centum nonaginta, & unum milia Florenorum auri, praefatus Dominus Magister suo, & successorum suorum nomine dictorumque Conventus, Ordinis, Hospitalis, & membrorum ipsius, & cuiuslibet eorum principaliter, & insolidum auctoritate dictarum litterarum Apostolicarum, ac sua propria, & qualibet earum in solidum, ac etiam de consensu, & expressa voluntate dictorum Priorum Castellani, & procuratorum praesentium, dictique Fratres Petrus Tholosae, & Leonardus Venetiarum, & Artaldus Navarrae Priores, & Martinus Castellanus principaliter pro se ipsis, & dicti Fratres Petrus, & Leonardus procuratores dictorum Fratrum Oddonis Arverniae, Petri Aquitaniae, Raymundi Cathaloniae, Henrici Campaniae, Gregorii Pisarum, Stephani Portugaliae, Thomae Angliae, Rogerii Iberniae, Iacobi Lombardiae, Philippi Vrbis, & Vngariae Prioratuum dicti Hospitalis Priorum, & Raymundus Procurator dicti Fratris Bremundi Prioris Sancti Egidii procuratorio nomine eorumdem Priorum similiter dictarum litterarum Apostolicarum, & Capituli generalis, & propria auctoritate de consensu & auctoritate eiusdem Magistri obligando seipsos nominibus, quibus supra, & omnes Priores praedictos, eorumque successores principaliter pro seipsis, & procuratorio nomine dictorum Priorum, quorum procuratores existunt iuxta concessam eis per litteras Apostolicas facultatem, & alias quantum eis de iure competit, vel auctoritate Capituli generalis, ac nihilominus Prioratus Castellaniam Praeceptorias Baiulias membra & alia bona dicti Hospitalis praesentia, & futura ubicumque locorum consistant spetialiter & expresse pro residuo & ex causa residui, omnium supradictorum debitorum obligationum, & pecuniarum

quan-

quantitatum, in quibus dicti Dominus Magister Conventus, Priores, & Ordo dictis Mercatoribus, tam ex causa Mutui, quam ex aliis variis & diversis causis tenebantur promiserunt, & convenerunt solemniter per stipulationem legitimam, & solemnem praefatis Philippo, & Gerardo sociis dictorum Sociorum, & Societatis Perutiorum, & cuilibet eorum in solidum solemniter recipientibus, & stipulantibus nominibus propriis eorum, & cuiuslibet eorum in solidum, ac etiam dictis Gerardo, & Bonifatio procuratoribus dictae Societatis, & cuilibet eorum in solidum procuratorio nomine omnium, & singulorum dictorum Sociorum dictae Societatis, & cuiuslibet eorum in solidum recipientibus, & stipulantibus, & nobis iamdictis Iacobo, & Philippo Notariis, tamquam publicis personis, & cuilibet nostrum in solidum solemniter interrogantibus recipientibus, & stipulantibus nomine, & vice dictorum Mercatorum, tam praesentium, quam absentium, & cuiuslibet eorum in solidum ac haeredum, & successorum suorum solvere, dare, reddere, & restituere eisdem Philippo, & Gerardo vel uni eorum in solidum, vel praefatis sociis, & Mercatoribus Societatis eiusdem vel uni eorum in solidum, vel haeredibus, & successoribus eorumdem, vel alicuius eorum in solidum, vel certo nuntio, & procuratori eorum, aut unius eorum ad haec ab eis, seu altero eorum sufficiens mandatum habenti in Romana Curia, ubicumque eam pro tempore esse contigerit per terminos infrascriptos videlicet infra Quadriennium, quod in Festo Nativitatis Beati Ioannis Baptistae proximo praeterito de Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo primo extitit inchoatum; Ita quod quo-

quolibet Anno dicti quadriennii quartam partem dicti debiti, quae quarta pars ascendit ad summam quadraginta septem milium, & septingentorum, & quinquaginta Florenorum auri in terminis infrascriptis anni cuiuslibet dicti quadriennii; videlicet medietatem dictae quartae partis in Anniprimo, & aliam medietatem in Festo Nativitatis eiusdem Beati Ioannis Baptistae, ut praemittitur teneantur. Ita quod infra dictum quadriennium sit praefati Mercatoribus de toto dicto debito integraliter satisfactum, hoc acto spetialiter, & ex pacto, quod quilibet dictorum sociorum in solidum, sine aliorum, vel etiam alicuius eorum procuratione, seu mandato & iuris cessione possit hoc debitum, & omnia, & singula in praesenti contractu contenta petere, exigere, ac etiam recipere cum effectu, & iura, & actiones alteri cedere, sic tamen quod ipsis, vel alicui, seu aliquibus ex eis, vel etiam uni, & cuicumque ipsorum solutione facta, de eo quod solutum fuerit ab eo, vel eis, cui, vel quibus solverint, & etiam ab omnibus aliis eiusdem Societatis, & Societate praedicta liberentur, & liberati ipso facto intelligantur. Voluerunt etiam, & expresse pacti fuerunt, & convenerunt non obstante, nec praeiudicium fieri Mercatoribus memoratis, nec alicui eorum, si dicti Mercatores, vel alter ipsorum partem dicti debiti in iudicio, vel extra ab aliquo, seu aliquibus praenominatorum debitorum exegerint, seu receperint, aut si terminos faciendarum solutionum eiusdem debiti, seu aliquem, vel aliquos eorum ad aliam diem, seu terminum alicui, vel aliquibus eorumdem debitorum prorogaverint, seu alias quomodolibet prorogati, aut prorogatus fuerint, quin dicti Mercatores, & quilibet eorum in so-

solidum possint ipsos eosdem debitores, & debitores, & quoslibet alios, & quem ipsorum voluerint ad dictum debitum, seu ad ipsius debiti residuum, prout tunc existeret principaliter, & sicut prius poterant, convenire, & ab eis petere, & cum effectu exigere, ut superius est praemissum, uno tamen solvente, de eo quod solutum fuerit, sint ipse solvens, & ceteri a dictis Mercatoribus; & eorum quolibet liberati. Hoc tamen salvo, quod solventi ultra quantitatem eidem suo nomine expresse taxatam, & assignatam, iidem Mercatores, & ipsorum quilibet contra alios debitores praefatos suas possint cedere actiones. Convenerunt etiam, & promiserunt per pactum solemni stipulatione vallatum dictis Philippo, & Gerardo sociis, ac dictis Gerardo, & Bonifatio Procuratoribus dictae societatis, & cuilibet eorum in solidum nominibus, quibus supra recipientibus, & stipulantibus, & nobis Iacobo, & Philippo Notarijs tanquam publicis personis, & cuilibet nostrum in solidum, nominibus, quibus supra solemniter stipulantibus, quod solutionem, vel aliam liberationem, aut termini, seu terminorum mutationem, seu prorogationem, aut compensationem, vel recompensationem, seu transactionem dicti debiti in totum, vel in partem, aut aliquam aliam exceptionem, vel defensionem, aut negationem, aut aliud aliquid contra dictas litteras Apostolicas, seu contra praesentem obligationem, aut contra contenta, vel aliquod contentorum in dictis litteris, seu obligatione praesenti; aliquatenus non probabunt; nisi dumtaxat per publicum Instrumentum, seu per scripturas autenticas, in quo quidem Instrumento, & autentica scriptura solutionem recipiens, vel recipientes, sive Socius, sive Socii dictae Societatis, sive procurator, seu procuratores quo-

generales eiusdem Societatis exiftant ad recipiendum solutiones huiufmodi habentes sufficientia , & plena mandata fubfcriptionem manu propria facere teneantur, qua confiteantur , & recognofcant , tam Notarium conficientem tam Inftrumentum fuper huiufmodi folutione confectum, effe verum, & litteras autenticas, & figillum appofitum, & omnia, & fingula in eis contenta effe vera, & quod eiusdem computi , & calculi rationis reiterationem non petent, nullumque errorem calculi allegabunt. Et quia poft huiufmodi obligationem factam, & ipfius confirmationem Apoftolicam fubfecutam omnia inftrumenta, litterae, chirographa, munimenta, apodixae, recognitiones, & cartae, publica & publicae, privata & privatae, quae & quas dicti mercatores, aut aliqua fingularis perfona dictae Societatis habent contra eosdem Magiftrum Priores Caftellanuum Conventum , & Capitulum, Hofpitale, & Ordinem ipforum aut ipfi Magifter, Conventus, Priores, & Fratres, aut aliqua fingularis Perfona de dicto Ordine contra eos vel aliquem eorum per dictas litteras Apoftolicas caffa, vana, irrita , & inania, & nullius valoris exiftere decernuntur, ac nichilominus ipforum reftitutio debet fieri hinc & inde dictorum Inftrumentorum, litterarum, chirographorum, & quorumcumque aliorum munimentorum apodixarum recognitionum , & cartarum huiufmodi exhibitionem , feu productionem in iudicio vel extra de caetero ad reprobationem vel improbationem praedictorum , aut aliquem alium effectum , qui poffit dictis partibus , vel alicui de partibus ipfis in aliquo nocere, vel praeiudicare, vel eorum ius laedere , diminuere , vel differre non petent , nec petentibus confentient , nifi prout in dictis litteris Apoftolicis continetur nullumque refcri-

scriptum Apostolicum vel commissionem ab Apostolica Sede, vel aliquo alio per se, & alios supradictos, vel aliquem, seu aliquos eorumdem, nec etiam successores eorum per se, vel alium seu alios contra dictos Mercatores, vel aliquem, aut aliquos eorumdem contra praesentem obligationem, seu dictas litteras Apostolicas, seu aliqua contenta in praesenti obligatione, vel in dictis litteris impetrabunt, nec impetrato, vel impetratis utentur. Se insuper & praedictos alios solemniter obligarunt, & promiserunt, se, vel aliquem, aut aliquos eorumdem, nullum Procuratorem, Sindicum, vel Yconomum constituere ad aliquid opponendum, seu faciendum contra praedicta & infrascripta, seu aliquod eorumdem, nullamque remissionem extra Romanam curiam petere, pro aliquibus probationibus solutionum huiusmodi faciendis, nec petenti consentire, nec quomodolibet concessam admittere, nec uti ea pro huiusmodi probationibus faciendis. Item nullam exceptionem, vel defensionem, aut negationem iuris vel facti generalem, seu specialem contra praesentem obligationem seu contractum, aut contra dictas litteras Apostolicas vel aliquod contentorum in eis opponere, vel in aliquo facere, quominus ad solutionem dicti debiti in locis & terminis ad hoc constitutis faciendi, & omnia, & singula in hoc contractu contenta plenius observanda efficaciter teneantur, nullamque aliam exceptionem, vel defensionem, aut negationem iuris vel facti generalem seu specialem in aliquo opponere vel obiicere, sed se ac alios supradictos, eorumque successores dictum debitum in pecunia numerata, & non in bonis vel rebus extimatis vel extimandis solvere, & omnia & sin-

gula supraſcripta , & infraſcripta , in qualibet ſui parte ſe & omnes Priores dicti Ordinis , eorumque ſucceſſores , ac dictum Capitulum , Hoſpitale , & Ordinem attendere, obſervare, & adimplere, & in nullo contrafacere vel venire per ſe , vel alium, ſeu alios aliqua ratione vel cauſa de iure, vel de facto. Quod ſi dictis loco, & terminis totum dictum debitum non ſolverint , aut ſi omnia & ſingula in praeſenti Contractu contenta non obſervaverint, aut ſi in aliquo contra praedicta, vel aliquod praedictorum ſeu infraſcriptorum venerint aut fecerint, convenerunt & promiſerunt ſolemniter principaliter pro ſeipſi & nominibus procuratoriis, ac modo quibus ſupra,& omni modo quo melius potuerunt dictis Philippo & Gerardo Sociis, & dictis Gerardo & Bonifacio procuratoribus dictorum Sociorum , & Societatis , & cuilibet ipſorum Sociorum & Procuratorum in ſolidum nominibus quibus ſupra recipientibus & ſtipulantibus, & nobis praefatis Iacobo & Philippo Notariis, tamquam publicis perſonis & cuilibet noſtrum in ſolidum ut ſupra recipientibus & ſtipulantibus, ſolvere, reficere, & reſarcire dictis Philippo & Gerardo Mercatoribus , & Sociis eorumdem , & cuilibet eorum in ſolidum , vel eorum , aut alterius eorum certo nuntio & procuratori , una cum praefato totali debito integraliter perſolvendo , & reſtituendo eisdem omnia & ſingula damna, expenſas, & intereſſe , quae & quas dicti Mercatores , vel aliqui , ſeu aliquis ipſorum fecerint vel ſubſtinuerint ob defectum dictarum ſolutionum , vel alicuius earum , aut pro dicto debito in totum vel in partem petendo, vel exigendo, & de huiuſmodi damnorum, expenſarum , & intereſſe quantitate dictorum Mercatorum , & cuiuslibet ipſorum vel generalis procura-

curatoris dictae Societatis stare proprio Sacramento absque alia probatione, vel iudicis taxatione dictorum tamen dampnorum, expensarum, & interesse, refectione soluta & facta vel non, rata maneant omnia & singula suprascripta & infrascripta. Et nihilominus dictam quantitatem centum nonaginta & unius milium florenorum auri, & omnia & singula supradicta ubicumque locorum, in foro tamen Ecclesiastico ubicumque petitum, seu quomodolibet requisitum fuerit a dictis debitoribus, seu ab aliquo vel aliquibus ipsorum, seu ab eorum vel alicuius eorum successoribus, se & eos, & quemlibet eorum soluturum, & soluturos, modo & forma praedictis. Pro quibus omnibus & singulis sic solvendis, observandis, & firmiter adimplendis praefatus Dominus Magister suo, & successorum suorum nomine, dictorumque Conventus, Ordinis, Hospitalis & membrorum ipsius & cuiuslibet eorum, principaliter & in solidum auctoritate dictarum litterarum Apostolicarum, ac sua propria et dicti Capituli, & qualibet earum in solidum, etiam de consensu & expressa voluntate dictorum Priorum, Castellani, & Procuratorum praesentium se & successores suos, dictaque Hospitale, & Ordinem ac membra, & quemlibet ac quoslibet eorum in solidum, & dicti Fratres Petrus, et Leonardus, ac Artaldus Priores, & Martinus Castellanus praesentes principaliter pro se ipsis, & dicti fratres Petrus Leonardus & Raymundus procuratores & procuratorio nomine praedecessorum Priorum, quorum procuratores existunt, similiter dictarum litterarum Apostolicarum, & Capituli Generalis & eorum auctoritate, & de consensu & auctoritate dicti Domini Magistri obligaverunt dictis Philippo, & Gerardo Sociis, ac dictis

Gerardo, & Bonifatio Procuratoribus dictorum Sociorum, & Societatis, & cuilibet ipsorum Sociorum, & procuratorum in solidum nominibus, quibus supra, solemniter interrogantibus, recipientibus, & stipulantibus, dictisque eorum Sociis licet absentibus, & cuilibet eorum in solidum, ac etiam nobis iam dictis Iacobo, & Philippo Notariis, tamquam publicis personis, & cuilibet nostrum in solidum ut supra recipientibus, & stipulantibus, seipsos, videlicet dictum Dominum Magistrum eiusque successores, Hospitale, membra, & Ordinem, & bona ipsorum mobilia & immobilia universa, praesentia & futura, principaliter, & in solidum, seque praefatos Priores, & Castellanum praesentes principaliter pro se ipsis dictosque procuratores procuratorio nomine dictorum Priorum, & ipsos Priores, quorum procuratores existunt, ac omnes eorum successores, et omnes Prioratus, Castellanias, Praeceptorias, Baiulias, Domos, Grangias, Administrationes, & Membra dictorum Hospitalis & Ordinis, & ipsos Ordines, & Religionem totam, & omnia eorum, et praedictorum Priorum, Castellani, Successorum, Hospitalis, Ordinis, Religionis, Prioratuum, Castellaniarum, Praeceptoriarum, Baiuliarum, Domorum, Grangiarum, Administrationum, & Membrorum dicti Hospitalis bona mobilia, & immobilia universa, ac fructus, redditus, & proventus ecclesiasticos, ecclesiastica & mundana, praesentes, et praesentia, & futura, quae & quas dicti Dominus Magister, & Fratres Petrus, & Leonardus, & Artaldus Priores, & Martinus Castellanus ac etiam dicti procuratores, suis & quibus supra dictum est nominibus & quolibet modo & nomine, auctoritatibus, vigoribus, & consensibus, quibus supra, se iure pigno-

ris

ris, & Ypohtecae, nomine dictorum Mercatorum, et pro eis, et quolibet eorum possidere constituerunt usque ad integram solutionem totius dicti debiti, et satisfactionem plenariam omnium praedictorum, dantes, et concedentes per hoc praesens publicum Instrumentum dictis Philippo, et Gerardo Sociis, et dictis Gerardo et Bonifatio procuratoribus dictae Societatis, et cuilibet ipsorum Sociorum, et procuratorum in solidum in omnibus quibus supra recipientibus et stipulantibus, plenam et liberam potestatem, licentiam, et auctoritatem, quod a quolibet dictorum terminorum faciendarum solutionum debiti supradicti in antea, si solutio dicti debiti, ut praemittitur, facta non fuerit, liceat ex pacto dictis Mercatoribus, et cuilibet eorum in solidum eorum propria auctoritate absque alicuius Curiae proclamatione, et absque aliqua denuntiatione poena, dampno, seu preiudicio dictorum bonorum, et rerum, vel eorum quae ex eis voluerint, de pertinentibus tamen ad eum vel eos qui in solutione cessarent, eo salvo, quod per huiusmodi pactum nullum praeiudicium generetur supradictae generali obligationi in solidum contractae, de omnibus bonis Hospitalis, & Ordinis praedictorum, prout supra contracta apparet per se vel alium, seu alios ingredi possessionem, & dictos fructus, redditus, & proventus, & bona mobilia, & semoventia, petere, exigere, recipere, finire, quitare, vendere, & alienare, & alii obligare, & apud se pro iusto pretio retinere, subastatione tamen praemissa, & vocatis legitimo administratore vel duobus fratribus illius loci vel locorum, cuius vel quorum fructus, redditus, & proventus, & bona mobilia ratione solutionis non factae in termino vel terminis supradictis per di-

ctos Mercatores capta vendenda fuerint, vel quomodolibet distrahenda, vel duobus fratribus propinquorum locorum eiusdem Ordinis, & hoc possint facere usque ad integram solutionem dicti debiti eius quantitatis in cuius solutione esset cessatum, & satisfactionem plenariam quantitatis eiusdem seque indemnes servare, tam de damnis, expensis, & interesse, quam de sorte. Et summittentes, & totaliter, & expresse supponentes, etiam per pactum solemni stipulatione vallatum seipsos Dominum Magistrum, Priores, & Castellanum, & Procuratores, suis, & quibus supra dictum est nominibus, & per se, se & omnes Priores dictorum Hospitalis, & Ordinis, & ipsa Hospitale & Ordinem, ac dictos Prioratus, Castellanias Praeceptorias, Baiulias, Domos, Grangias, Administrationes, & membra, bona, & res, quaslibet, & quaelibet eiusdem Ordinis auctoritatibus, vigoribus, & consensibus supradictis pro praemissis, & quolibet praemissorum solvendis, observandis, & adimplendis, & firmis tenendis iurisdictioni Camerae eiusdem DD. Papae, & Apostolicae Sedis, & Domini Camerarii eiusdem Domini Papae, et Sedis praedictae & Domini Auditoris dictae Camerae, & eorum Locatenentium, tam praesentium, quam futurorum, & cuiuslibet eorum in solidum, & Curiarum ipsorum, & volentes, & expresse paciscentes, atque convenientes se ipsos Dominum Magistrum, Priores, Castellanum, & Procuratores, ac omnes Priores dictorum Ordinis, et Hospitalis eorumque successores, ac dicta Hospitale, Ordinem, Prioratus, Castellanias, Praeceptorias, Baiulias, et Administrationes, Domos, Grangias, membra, res, & bona ipsorum praedicta posse coram praedictis Domi-

Dominis Camerario, & Auditore, & eorum Locatenentium, tam praesentium, quam futurorum, & cuiuslibet eorum in solidum, & Curiarum ipsorum, & volentes, & expresse paciscentes, atque convenientes seipsos Dominum Magistrum, Priores, Castellanum, & Procuratores, ac omnes Priores dictorum Ordinis, & Hospitalis, eorumque successores, ac dicta Hospitale, Ordinem Prioratus, Castellanias, Praeceptorias, Baiulias, Administrationes, Domos, Grangias, Membra, res, & bona ipsorum praedicta, posse coram praedictis Dominis Camerario, & Auditore, & eorum Locatenentibus, & quolibet eorumdem, & in Curiis eorum, & in Curia dictae Camerae, & qualibet earum realiter, & personaliter conveniri, ac omnibus iuris remediis, & modis omnibus, & cum effectu cogi, & compelli ad solutionem dicti debiti, & satisfactionem plenariam omnium praedictorum, & quod dicti Domini Camerarius, & Auditor, & eorum Locatenentes, & quilibet eorum in solidum viso solum praesenti Instrumento, ac si esset sententia ipsorum, vel alterius eorum aut dictarum Curiarum, seu alicuius earum, seu dictae Camerae, quae transivisset in rem iudicatam summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, & omni iuris solemnitate omissa, & sine aliqua alia causae cognitione dictos debitores, eorumque successores, dictaque Hospitale, Ordinem, Prioratus, Castellanias, Praeceptorias, Baiulias, Domos, Grangias, Administrationes, membra, res, & bona praedicta omnibus iuris remediis cogant, & cum effectu compellant ad solutionem totius dicti debiti in dictis terminis faciendam, & observationem plenariam omnium praedictorum.

Et quod una ex praedictis Curiis electa liceat ex pacto ipsam dimittere, & ad quamlibet aliam de praedictis ire, & redire, quoties, & quando dictis Mercatoribus vel alteri eorum vel earum, aut eorum alterius procuratori placuerit, nullum propterea eis, vel eorum alicui praeiudicium generando, ita tamen quod ex hoc iudicialis continuetur processus, nec ex tali variatione processus unius Curiae per processum alterius confundatur. Renuntiaverunt autem praedicti Dominus Magister principaliter, & in solidum, & fratres Petrus Leonardus, & Artaldus Priores, & Martinus Castellanus, dictique procuratores nominibus, quibus supra in iis omnibus, & singulis supradictis, & in omni & toto eo, quod exinde, & proinde sequetur, aut fiet ex nunc per pactum speciale, & ex certa scientia solemniter appositum, ac solemni stipulatione vallatum exceptioni non factarum confessionum, recognitionum, promissionum, & aliorum supradictorum, & rerum non sic existentium, ac etiam exceptioni non habitarum, & non receptarum, & non numeratarum, & in utilitatem eorum, & dictorum Hospitalis, & ordinis non conversarum dictarum pecuniarum quantitatum, ac etiam exceptioni ipsarum pecuniarum, quantitatum tam ex causa mutui, quam ex aliis diversis causis non receptarum, & non habitarum, ac etiam exceptioni praesentis obligationis non descendentis ex maximis pecuniarum quantitatibus alias debitis, prout in litteris Apostolicis continetur, ac etiam omni exceptioni dicti debiti ad dictam summam centum nonaginta & unius millium Florenorum auri non ascendentis, ac exceptioni doli, conditioni indebiti sine causa, & ex iniusta causa in factum actio-

actioni, ac omni tempori feriato, & quadrimestri, & omni adpellationis remedio, ac omnibus feriis, & diebus feriatis, & indutiis quinquennalibus, & quibuslibet aliis novarum constitutionum, Epistolae Divi Adriani & cedendarum, & dividendarum actionum, & cessionis bonorum, & restitutionis in integrum, beneficiis ac omnibus eorum commodis, omni iuri dicenti Debitorem posse cedere bonis, ac etiam omni iuri dicenti, prius conveniendum esse principalem, quam intercessorem, & quod quando duo pluresve sunt rei debendae in solidum nullum posse conveniri, nisi pro parte eum contingente, & etiam omni iuri dicenti, ne quis conveniatur ultra id, quod facere possit, & quod quis possit certam partem de bonis suis, seu de redditibus bonorum, seu beneficiorum suorum retinere, seu habere pro se, & familiaribus suis alendis, & nutriendis, seu alias quomodolibet conducendis, & omni iuri dicenti debitorem pro uno eodemque debito in pluribus Curiis conveniri, seu in iudicium trahi non posse, & omni assignationi & oblationi bonorum in solutum, & omni privilegio dignitatis, & militiae saecularis, & omni iuri dicenti, ubi ceptum est iudicium, ibi debere finem accipere quantum ad Curias Dominorum Camerarii, Auditoris, & eorum locatenentium praedictorum, & omni consuetudini, & statuto, quae vel quod in praeiudicium obligationis huiusmodi redundaret, & omni inhibitioni, & contradictioni cuiuscumque Principis, Domini, et Iudicis, tam Ecclesiastici, quam saecularis, & constitutionibus, tam de duabus dictis editis in Concilio Generali, quam felicis recordationis Domini Bonifatii Papae VIII. qua cavetur, ne quis certis exceptis casibus, & in illis ultra

tra

tra unam dietam a fine suae Dioeceseos ad iudicium evocetur, quam quibuslibet aliis a dicto Domino nostro Papa, seu a suis praedecessoribus super hoc editis & edendis, per quas posset contra dictarum litterarum Apostolicarum tenorem, effectus obligationis huiusmodi impediri. Item iuri revocandi domum, contradictioni litterarum Apostolicarum, conventioni iudicum, & locorum, si dictorum Mercatorum vel alicuius eorum nomine super iis contigerit, litteras Apostolicas impetrari, ac omnibus litteris, gratiis, privilegiis, & indulgentiis Apostolicis, & quibuslibet aliis impetratis, et etiam impetrandis sub quocumque verborum forma concessis, & concedendis, per quas, seu quae dictus Dominus Magister, Procuratores, Priores, Castellanus, Fratres, Conventus, Capitulum, Hospitale, & Ordo, aut aliqui, vel aliquis ipsorum, seu successores eorum, vel alicuius eorum, aut Prioratus, Castellaniae, Praeceptoriae, Baiuliae, Domus, Grangiae, Administrationes, & membra dicti Hospitalis, seu aliqui, vel aliquis ipsorum, contra dictos Mercatores, seu aliquos, vel aliquem eorumdem contra praesentem obligationem, vel dictarum litterarum Apostolicarum, quarum auctoritate huiusmodi obligatio contrahitur mentem, & tenorem possent imposterum se tueri, ac etiam, omnibus aliis litteris, gratiis, privilegiis, & indulgentiis Apostolicis impetratis, ac impetrandis, per quas eis ab eadem Sede indultum existeret, vel imposterum contingeret indulgeri, comuniter, vel divisim, quod in personas eorum excomunicationis, & suspensionis, & in Ecclesias, atque loca interdicti non possint sententiae promulgari, aut extra certa loca, vel non nisi coram certis Iudicibus ad iudicium valeant evocari, ac omni privi-

le-

legio, & indulto concesso Anglicanis, ne citra mare trahi valeant ad iudicium, vel vocari, ac omni petitioni, dationi, & oblationi libelli, & simplicis petitionis, ac omni ordinario iudicio, omnique strepitu, & figurae iudicii, omnique beneficio nullitatis, processuum & sententiarum, qui, & quae fierent occasione dicti debiti, & cuiuscumque partis ipsius, aut etiam cuiuscumque, & quorumcumque praemissorum & omni iuri canonico, & civili competenti, & competituro, ac tam promulgato quam promulgando, & omni iuri & actioni, si quod, vel si qua propter errorem calculi in supradictis obligationibus, vel aliqua earumdem Domino Magistro, Procuratoribus, Prioribus, Castellano, Praeceptoribus, Administratoribus, & Fratribus dictorum Hospitalis, & Ordinis, seu successoribus eorum aut dicto Hospitali, seu Ordini, aut Conventui, seu Capitulo Generali dicti Hospitalis, seu Prioratibus, Castellaniis, Praeceptoriis, Baiuliis, Domibus, Grangiis, Administrationibus ac membris dicti Hospitalis posset competere quoquo modo, omnique retractationi, & reiterationi, & petitioni dicti computi, & dictae rationis, & dicti calculi, quavis ratione vel causa; & omni oppositioni erroris dicti calculi; ac exceptioni non facti, & non visi semel, & pluries dicti computi; & non factae semel, & pluries dictae rationis, & non facti dicti calculi, & omni errori ipsius; ac etiam omni exceptioni omnium, & singulorum praedictorum, & quorumlibet aliorum in dictis litteris Apostolicis contentorum, non sic factorum, vel non sic existentium, vel non solemniter, aut non legittime actorum, omnibusque aliis exceptionibus, actionibus, defensionibus, negationibus, iuribus

ribus, & beneficiis, per quas, seu quae dicti debitores, seu aliqui, vel aliquis ipsorum, seu successores eorum, aut dicti Conventus, Generale Capitulum, Hospitale, Ordo, Prioratus, Castellaniae, Praeceptoriae Baiuliae, Domus, Grangiae, Administrationes, & membra dicti Hospitalis contra praedicta, vel aliquid praedictorum aliqua ratione vel causa, modo, vel iure possent facere, vel venire, ac etiam omnis cuiuslibet iuris canonici, & civilis, ac legum auxilio generali, & speciali, quod contra hoc Instrumentum, vel Sententiam possent ullatenus obiici vel opponi, & specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem dictae Societatis suis non valere. Et e converso dicti Philippus, & Gerardus Socii nominibus, & etiam dicti Gerardus, & Bonifatius Procuratores, & procuratoriis nominibus, quibus supra confessi fuerunt, & recognoverunt, & certa scientia, non per errorem, solenniter, dictis Domino Magistro, Prioribus, Castellano, & Procuratoribus suis, & quibus supra dictum est nominibus praedictas computationes, & assummationes, inde secutas bene, & legaliter factas fuisse, & esse & continere plenissimam veritatem, omnique iuri, & actioni, si quod vel si qua propter errorem calculi in supradictis obligationibus, vel aliqua earumdem eisdem Mercatoribus, & Societati, vel alicui eorumdem posset competere quoquomodo, omnique retractationi, & reiterationi, & petitioni dicti computi, & dictae rationis, & dicti calculi quavis ratione vel causa, & omni oppositioni erroris dicti calculi, ac exceptioni, non facti, & non visi semel & pluries dicti computi, & non factae semel & pluries dictae rationis, & non facti dicti calculi, & omni errori ipsius, ac etiam omni

exce-

exceptioni omnium, & singulorum praedictorum, & quorumlibet aliorum in dictis litteris Apostolicis contentorum non sic factorum, vel non sic existentium, vel non solemniter, aut non legittime actorum, suis, & Procuratoriis nominibus, quibus supra, & haeredum suorum renuntiaverunt expresse. Item ibidem, & in continenti dicti Philippus, & Gerardus Socii Societatis praedictae in dicta curia praesentes suis nominibus, & etiam dicti Gerardus, & Bonifatius Procuratores Societatis praedictae, & procuratoriis nominibus dictorum Sociorum, & Societatis promiserunt, & ad Sancta Dei Evangelia ab eis corporaliter tacta iuraverunt dictis Domino Magistro, & Fratribus Petro, & Leonardo, Artaldo, & Martino, & dictis procuratoribus recipientibus, & solemniter stipulantibus, suis, & procuratoriis nominibus, quibus supra, & nobis praefatis Notariis, tamquam publicis personis recipientibus, et stipulantibus nomine dictorum Magistri Priorum, Castellani, & Procuratorum, & aliorum, quorum interest, vel interesse posset omnia instrumenta, litteras, Cyrographa, & quaelibet alia munimenta, apodixas, recognitiones, & cartas publicas, et publica, privatas seu privatas, quas, & quae praefati Mercatores, seu aliqua singularis persona Societatis praedictae habent contra Magistrum, & alios praenominatos Priores, Castellanum seu Conventum, & Ordinem memoratos super debitis pecuniarum summis, contractibus, & obligationibus quibuscumque, usque in diem datarum dictarum litterarum Apostolicarum, & quas, & quae nunc penes se habent, & quae imposterum ad manus suas pervenient in continenti post obligationem huiusmodi, & ipsius confirmationem Apostolicam subsecutam se restitu-

tu-

turos bona fide, & absque aliqua malitia praefatis Magistro Conventui, & Ordini memoratis iuxta dictarum Apostolicarum continentiam litterarum. Et e converso dicti Magister, Priores, Castellanus, & Procuratores suis, & procuratoriis nominibus quibus supra, eorum & etiam nomine dictorum Conventus, & Ordinis, sub voto Religionis suae, promiserunt dictis Mercatoribus, & Procuratoribus dictae Societatis solemniter recipientibus, & stipulantibus, suis & Procuratoriis nominibus, quibus supra, & nobis praefatis Notariis, tamquam publicis personis recipientibus, & stipulantibus nomine dictorum Mercatorum, & Societatis, & aliorum, quorum interest, vel interesse posset, omnia Instrumenta, litteras, cyrographa, & quaelibet alia munimenta, Apodixas, recognitiones, & cartas publicas seu publica, privatas seu privata, quae & quas ipsi, seu Conventus, & Ordo, aut aliqua singularis persona ipsius Ordinis, contra dictos Mercatores, vel aliquem eorum habent super debitis pecuniarum, summis, contractibus, & obiigationibus quibuscumque usque in diem datae praedictae, & quae, & quas nunc penes se habent, & quae impesterum ad manus suas devenient in continenti post obligationem huiusmodi, et ipsius confirmationem Apostolicam subsecutam, se restituturos bona fide, et absque aliqua malitia Mercatoribus memoratis iuxta tenorem dictarum litterarum Apostolicarum. Item etiam ibidem, & in continenti dicti Philippus, & Gerardus Socii, & dicti Gerardus, & Bonifacius procuratores dictorum Mercatorum Sociorum, & Societatis, & quilibet eorum principaliter, & in solidum nominibus, quibus supra, & quolibet modo, & nomi-

ne

ne principaliter, & in solidum obligando seipsos nominibus, quibus supra dictum est, & quolibet modo, & nomine principaliter, & in solidum, & per se ipsos, & omnes, & singulos dictos Socios, & Mercatores dictae Societatis, & quemlibet eorum principaliter, & in solidum, & omnes eorum, & praedictorum Mercatorum, & cuiuslibet ipsorum in solidum haeredes, & successores, & omnia eorum, & praedictorum Mercatorum Societatis haeredum, & successorum, & cuiuslibet eorum in solidum, bona mobilia, & immobilia, praesentia, & futura promiserunt, & convenerunt solemniter per solemnem, & legitimam stipulationem absque omni exceptione iuris, & facti, & ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manu tacta in animas eorum, & paedictorum Sociorum eorum iuraverunt dictis Domino Magistro, & Fratribus Petro, & Leonardo, Artaldo, & Martino, ac dictis procuratoribus, & cuilibet eorum in solidum suis, & quibus supra dictum est nominibus, et quolibet modo, et nomine in solidum recipientibus, & stipulantibus, ac nobis praefatis Notariis, tamquam publicis personis recipientibus, & stipulantibus nomine dictorum Magistri, Priorum, Castellani, & Procuratorum, & cuiuslibet eorum in solidum, & aliorum, quorum interest, se, & dictos Socios, & Mercatores, & quemlibet eorum in solidum omnes, & singulas supradictas computationes, & assummationes, inde secutas, & omnia, & singula supradicta, & quaelibet in dictis litteris contenta, quae contingunt Mercatores, & Societatem praefatos attendere, observare, & adimplere, & etiam se, & quemlibet eorum in solidum facturos, &

cura-

curaturos, et facturum, & curaturum omni exceptione remota, quod praedicti universi, & singuli Socii, & Mercatores Siocietatis praedictae, seu eorum haeredes, & successores, per se, vel procuratores eorum ad hoc legittime constitutos infra unum annum a die praesentis contractus inchoandum ratificabunt, & approbabunt, & firmas, & ratas habebunt omnes, & singulas supradictas computationes inter praedictos Dominum Magistrum, Priores, Castellanum, Praeceptores, Administratores, & Capitulum Generale, nominibus, quibus supra ex parte una, & dictos Philippum, & Gerardum Socios, & etiam dictos Gerardum, & Bonifatium procuratores dictae Societatis in Romana Curia praesentes, nominibus, quibus supra, ex altera super dictis debitis factas, & affirmationes inde secutas de veris, & puris debitis in dictis litteris Apostolicis expresse contentis verae, & purae sortis, & capitalis, & conventiones, hinc inde secutas similiter in dictis litteris comprehensas, & omnia, & singula in praesenti contractu, & obligatione, ac in dictis litteris Apostolicis contenta, quae contingant Mercatores, & Societatem praedictos, & quod se, ac haeredes, & successores eorum obligabunt specialiter, solemniter, & expresse contra praemissa, vel aliquod praemissorum, per se vel alium, seu alios ullo umquam tempore non venturos; & quod super iis omnibus nihilominus observandis praestabunt corporaliter iuramentum. Item dicti Mercatores promiserunt, & se solemniter obligarunt, quod si ultra numerum praedictorum Sociorum, aliquis ut Socius nomine suo, vel nomine Societatis praedictae dictos Dominum Magistrum, Conventum, Priores, Castellanum, Hospitale,

tale, Ordinem, & Religionem, & bona ipsorum, vel alicuius eorum in aliquo molestaret, quod se defensioni exponent, et eosdem conservabunt indemnes. Insuper praefati Dominus Magister, et Fratres Petrus, & Leonardus Artaldus, & Martinus nominibus eorum propriis, & dicti Fratres Petrus, Leonardus, & Raymundus procuratores procuratoriis nominibus eorum, quorum sunt procuratores in animas eorum, & praedictorum omnium Priorum, Praeceptorum, Administratorum, et Fratrum dicti Ordinis, a quibus super hoc habent sufficiens mandatum, sub voto Religionis eorum promiserunt, et iuraverunt omnia, et singula, in praesenti Instrumento contenta, pro posse eorum attendere, observare, et adimplere, et se, et dictos alios Priores, Praeceptores, Administratores, & Fratres dictorum Ordinis, & Hospitalis, dictaque Hospitale, Ordinem, & membra, vel aliquem, seu aliquos eorum, nullos Sindicos, Procuratores, seu Yconomos de cetero ad aliquid faciendum, seu dicendum in iudicio, vel extra, contra praedicta, vel aliquod praedictorum constituere, & nullam aliam exceptionem, vel defensionem seu negationem contra praedicta, vel aliquod praedictorum per se, vel alium, seu alios opponere, seu obiicere, & nullam restitutionem, nullumque beneficium restitutionis, in integrum per se, vel alium petere, ac etiam nullum errorem calculi obiicere, seu opponere, ac relaxationem alicuius iuramenti, seu absolutionem alicuius summae occasione solutionis non factae in eos, vel aliquem ipsorum prolatae, nisi plena satisfactione praemissa super eo, pro quo incurrissent sententiam supradictam per se, vel alium, seu alios, non petere, & in nullo contra praedicta facere, vel venire per

se, vel alium, seu alios aliqua ratione, vel causa de iure, vel de facto interdicentes, & expresse inhibentes, per hoc praesens publicum Instrumentum ex nunc omnibus, & singulis eorum, & praedictorum, & cuiusvis ipsorum Procuratoribus, Sindicis, & Yconomis constitutis, & substitutis, ac constituendis, & substituendis, ne de cetero aliquid dicant, vel faciant contra praemissa, vel aliquod praemissorum, & decernentes ex nunc, irritum & inane quidquid per ipsos, vel aliquem ipsorum factum esset, vel in futurum fieret contra praemissa, vel aliquod praemissorum, & in eum casum in quo aliquid contra praedicta, vel aliquod praedictorum facerent, eorum, & cuiuslibet eorum mandata, constitutiones, & substitutiones expresse, & ex certa scientia ex nunc penitus revocantes. Ceterum voluerunt, & mandaverunt dicti contrahentes suis, & quibus supra dictum est nominibus, quod de praedictis omnibus Nos Iacobus, & Philippus Notarii, & quilibet nostrum in solidum possimus conficere publicum Instrumentum unum, & plura, & quot quaelibet partium habere voluerint, & quod cuilibet Instrumento adhibeatur plena fides in iudicio, & extra, & quod quamquam de praedictis plura Instrumenta reperiantur esse facta manu nostrorum Iacobi, & Philippi Notarii, seu alterius nostrum, non propterea intelligantur praedicta, nisi tantum semel esse facta, seu contracta, & unus idem contractus, & una eademque quantitas debiti supradicti. Actum Avinione in Aula Hospitii Episcopatus Avinionensis, in quo quidem Hospitio dictus Dominus noster Summus Pontifex morabatur, praesentibus praefatis Reverendo Patre Domino Gauberto Episcopo Massiliensi DD. Papae Camerario, & Venerabilibus viris Domi-

minis Raymundo Iuvenis Causarum Curiae Camerae eiusdem DD. PP. Generali Auditore; & de Armando Narcesio Decano Sancti Stephani Montis Albani, ac Domini PP. Cappellano, & causarum Sacri Palatii Apostolici Auditore; & Guillelmo de Sancto Victore Praeposito Ecclesiae Sancti Petri de Foresta Aquinat. dioecef. eiusdem Domini Nostri Papae familiari; & Dominis Oldrato de Laude; & Gerio de Sancto Geminiano; & Bertramino de Mediolano, in Romana Curia Advocatis; Benchio Caruccii, Iacobo Alluodi, Ioanne Bartoli, & Lorino Buonaiuti, Civibus, & Mercatoribus Florentinis; Petro De Alliana Not. Pistorien. Dioec. & Roberto Mansueti Canonico Adriensi testibus ad haec vocatis, & rogatis de Florentia. Et Ego Iacobus Audeberti de Albanea Clericus Massiliensis dioec. authoritate Apostolica Notarius publicus praedictis omnibus, & singulis, una cum dicto Philippo Notario, & testibus suprascriptis praesens interfui, & de his omnibus, tam ego, quam dictus Philippus Not. & quilibet nostrum rogati fuimus conficere publicum Instrumentum, & quod sub certo signato duodecima linea videlicet *De Florentia* errore obmiseram propria manu superaddidi, & in fidem & testimonium praemissorum me publice scripsi, signumque meum apposui consuetum. Ego Philippus Andreae Gualterotti Not. de Tignano, Florent. Dioec. publicus Apostolica, & Imperiali auctoritate Notarius praedictis omnibus, & singulis, una cum dicto Iacobo Notario, & testibus suprascriptis praesens interfui, & de iis omnibus tam ego, quam dictus Iacobus Notarii, & quilibet nostrum rogati fuimus conficere publicum Instrumentum. Et cum dictus Notarius praedicta in hanc publicam formam redigendo, errore scribere

& Deum nostrum, aut Apostolos aliquid possedisse, haeresi damnaretur.

Per ea tempora Fridericus Aragon ob non servatas cum Roberto Rege inducias etiam a Pontifice excomunicatur, & Petrum filium suum natu maiorem Regem creat Siciliae. Deinde invasit Eolias insulas, & Liparas depopulatus est. Quo tempore Gibellini Genuenses dum Genuam obsidebant a Roberti Regis exercitu fugati sunt. Philippus Tedicius, de quo supra meminimus, quum Pistorienses auctoritate continere non posset, urbem Castruccio prodidit.

Per ea tempora Bononienses, Perusini, Senenses, Miniatensesque, & Volaterrani immutata voluntate Florentinorum partium facti, quatuor millia equitum conscri-

de Florentia in duodecima linea omisisset, ideo postea in fine ante subscriptionem suam *de Florentia* scripsit, & signavit, & mentionem in subscriptione sua fecit, & in fidem, & testimonium praemissorum omnium, me publice subscripsi, signumque meum apposui consuetum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, nec ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum, Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Avinione x. kal. Decembris Pontificatus nostri Anno sexto.

ſcripſere, quibus vigintimille peditum additis Caſtruccio obviam facti ſunt.

Caſtruccius item fretus praeſidio Galeatii Vicecomitis, qui Azzium filium ſuum natu maiorem cum equitibus ad eum praemiſerat; praelium non detrectavit. Iamque Florentinorum copiae aliquot Caſtruccio oppida ademerant. Congreſſi ad aquas Sextinas, Florentinorum copiae deletae, captique plerique hoſtium duces, & ingens praeda victoriam auxere. Nec tamen Caſtruccio parvi laboris, aut incruentum illud certamen fuit. Namque Azzius duobus vulneribus acceptis poene interiit; & Caſtruccius ipſe in fronte ictus ab incerto auctore; & quiſque optimus aut in praelio cecidit; aut graviter vulneratus diſceſſit. Qui Florentini exercitus ex fuga lapſi ſunt, Focecchium primo; inde tranſmiſſis copiis ad Miniatem oppidum ſe contulere. Prima haec Vicecomitum contra Florentinos expeditio fuit. Dum Azzius ad curanda vulnera Lucae morabatur tentatum eſt de integro à Florentinis praelium. Caſtruccio tantum aderant equites mille ſexcenti; ipſe non dum ex vulnere convaluerat. Tamen aſtu Florentinos ad praelium illexit; effecitque ut in eum prodirent. Commiſſo praelio, quod reliquum copiarum illis ſuperfuerat, fugati

amisere; Ramundusque cum filio qui erat Florentinorum Dux captus est.

Interea Azzius sanus ex vulneribus factus Castruccio se coniungit, exercitumque ad Florentina moenia adigentes secundo procul urbe lapide consedere; celebrataque ab hoste victoria omni pompa, quae ad hostium contemptum fieri solet; lustrataque cum omni exercitu civitate, accitisque compluribus Florentinorum ad singulare certamen, quum nemo prodiret, discessere. Eodem anno Thomas Herfordiensis Episcopus in Catalogo Sanctorum adscriptus est.

Robertus eodem anno a Friderici Satellite tentatus est. Qua iniuria permotus, Carolum filium Calabriae Ducem parata classe Panormum misit, qui in Cattarum castra locavit, praedamque infra castra ex proximo agro adegit. Sed ab Insulanis tamdem repulsus in Regnum rediit. Hunc Florentini ob cladem a Castruccio acceptam in Dominum a Roberto patre expetiverant. Qui quum adventum in Etruriam differret, immissus est a Roberto Carolus Dux Athenarum, qui urbis dominium accepit pridie kalendas Augusti MCCCXXVI. & magna totius urbis pompa acceptus, quia is complures nobilissimi generis secum perduxerat. Nam & uxorem, & filios primo, inde Io-

an-

annem Amorheae Principem, & Philippum Romaniae Despotum eius fratres, Thomasium, & Marsanum Romanellum Vrsinum, Gullielmum Stendardum, Amelium Baultium, Ioffredum de Ianilla, Iacobum Cantelmium, Thomasium Sangrum, Gerardum Aquinatem Fundorum Comitem. Congressum ab iis cum Castruccio foede ab eo repulsi sunt. Sunt qui affirment id Roberti consilio factum. Victores exultantes, fugientium Ducum, & ipsius Principis metum decantantes proverbium excitavere, quod quum nauta quidam Pisanus navicula Neapolim appulisset, & id serena iam nocte decantaret: Dic, inquit, Princeps, si timore deterritus es, dum Aquilam, & rubrum Pisanorum vexillum vidisti? Ad quam vocem Robertus accidens, filium fugitivum dissimulans, nautam ad se accersiri iubet, iussusque carmen, se coram, idem canere. Et quum ille paruisset. Respondit Carolus: *Non, inquit, formidavi*. Tum nauta. Cur inquit, *non formidans aufugisti*? Ob cuius responsi argutiam Robertus Vectigal nautae remisit, incolumemque abire permisit. Quo ferme tempore Pontifex Episcopum Arretinum Sacerdotio exauctoravit, quod Tifernum occupaverat; & ad Arretinorum contumeliam, quos favere Episcopo acceperat, Cortonam,
 olim

olim Arretinae dioecesi subiectam, urbem effecit, Ioanne Biordio Vbertino ei in Episcopum (1) dato. Qua iniuria permotus Guido, Vbertinorum castella, agrumque invasit, ex quibus Laterinam funditus delevit.

Nec minus etiam in Romandiola Tyrannorum audacia creverat. Namque Raynaldus Obictius, & Nicolaus Estensis, Ferrariae Tyrannidem exercentes, Argentam Ravennatis Ecclesiae oppidum, & alia complura illi finitima occupaverant, Americi odio permoti, qui Praesul Ravennatum, Flaminiam pro Pontifice obsidebat. Praeterea Passerinus Bonacosa, qui iampridem Estensis Sororem Albertam sibi iunxerat, eorum exemplo illectus, Mantuae Tyrannidem coeperat, & Bononiam aggressus erat, ubi a Beltrando Imolensi copiarum Ecclesiae praefecto fugatus est. Quibus rebus Pontifex motus, omnes qui Ferrariensibus favebant, excommunicavit.

In-

(1) *Ioannes Villanius Cap. CCCVI. Lib. IX.* refert Pontificem Cortonensi Civitati Episcopum reddidisse; nam a Pontificibus sublata olim fuit Episcopatus sedes Cortonensibus, eaque Arretinae Ecclesiae subiecta, propterea quod Cortonenses suum Episcopum occidisent. *Mecatt.*

Interea Castruccius apud Signam confederat, ibique belli sedem elegerat, ubi Florentinorum agrum vastando praedas in sua castra asportabat. Sed tamdem Monte Murlo magno labore expugnato, Signam diruit, praefecitque Montemurlensibus (1) Iacobum Miniatensem, cui centuriam, & equitum thurmam permisit.

Eodem Anno, Robertus aere alieno oppressus, graviorem solito exactionem a Florentinis exegit praetextu novandarum conditionum. Nam soluta esse a Florentinis eo anno Athenarum Duci aureorum millia quadringenta, & sexaginta; & Roberto Patri tria millia memoratum est.

Per id etiam tempus exules Miniatensium, Castruccio adnitente, eorum oppido potiti sunt. Et Collani Sangiminianensesque cum Florentinorum Duce (2) pacti. Pratenses vero, nullo foedere habito eidem se dedere, & ab eius Praefecto non multo post a Florentinis pecunia corrupto proditi sunt. Quo tempore Comes Novellus depopulatus est agrum Pistoriensem, Castruccio absente; qui Imperatori Bavario in

(1) Iacobus hic fuit ex Bonicontrorum familia, ut habet in Annalibus. *Mecatt.*

(2) Idest cum Roberti Filio Calabriae Duce, cui ad certum tempus se dedere. Pratenses vero eidem Calabriae Duci non ad tempus, sed in perpetuum se subiecere. Sic *Villanius Cap. XIII. Lib. X. Mecatt.*

in Italiam descendenti obviam iverat. Deinde Novellus Pistorii suburbium incendit.

Gibellini, qui in Italia erant, Roberti potentia permoti ad Bavarium miserant, ut eius adventum accelerarent. Nam Ioannes Cardinalis Vrsinus Apostolicae Sedis in Italia Legatus Florentiam venerat, Guelforum que animos erexerat. Et non consulens saluti omnium, uti sibi a Pontifice mandatum fuerat, Tuscos in discrimen adduxit. Iamque Bavarius in Italiam descenderat, & Gibellinorum precibus fatigatus ex Tridento Mediolanum pervenerat; ubi a Guidone olim Episcopo Arretino coronam ferream accepit. Cui quum stipendium in milites erogandum deesset, Galeatio Vicecomite suadente, a populo exegit. Deinde ipsum Galeatium cum filiis in carcerem coniecit, quatuorque, & viginti cives urbi praefecit, qui eorum rempublicam administrarent; quibus Imperator Praefectum ex suis Germanis addidit, eiusque auctoritate cuncta geri mandaverat. Acceptoque ab his magno auri pondere in Brixianos ducturus apud Orcinos (1) immoratus est, ubi Castruccii suasu, relictis Brixiae rebus in Etruriam venit.

Caro-

(1) *Orci* Oppidum Brixianum. *Mecatt.*

Carolus de adventu Imperatoris certior factus, ratus in suam rem fore multa prius ante capere, quam Imperator in eam Provinciam descenderet, oblata etiam sibi spe a nonnullis Montemurlensibus, noctu eo profectus, Castruccii praesidium, & Iacobum Bonincontrium Miniatensem coepit, oppidoque potitus est.

Robertus item, ut nuntium de Bavarii adventu comperit, suadente Legato Vrsinio, mille equites Romam praemisit, quibus praefecit fratrem suum Ioannem Andriae Principem. Qui ut primum Romam ingressi sunt, tumultu in urbe exorto, Roma pulsi, & plures ex eis in ipsa fuga occisi. Ceterum qui evasere ad Carolum eius fratrem se se recoeperunt. Hic per vallem Arni inferiorem, exercitum ducens, Sanctam Mariam ad Montem in Pisano olim ex Lucensibus expugnavit.

Ea tempestate (1) Franciscus Asculanus XIV. kal. Octobris, haeresi Florentiae damnatus, vel artis Magicae (ut quidam tradidere) igne illi supposito, crematus est. Iamque Bavarius Lucam pervenerat, a quibus honorificentissime receptus est. Mox Pisanis discordantibus, Castruccio, & Guidone

(1) Vulgo *Cecco d' Ascoli*, de quo Florentinae mulieres, quum sedent ad prunas, mirabiles inauditasque fabellas pueris narrant. *Mecatt.*

done Petramala adnitentibus, in urbem receptus, ibidem duobus ferme mensibus quievit. Quo ex tempore Miniatensium, & Volaterranorum res composuit. Deinde Guidonis, & Castruccii suasu Galeatius, & Vicecomes, Azziusque, & Marcus filii a carcere liberantur. Guido deinde Arretium pergens febri apud Montem nigrum correptus interiit, & Saccon Arretii dominium occupavit; eodemque anno, Carolus Aragonius moritur. Ceterum Carolus timens ne Bavarius Romam petens, deinde in Regnum penetraret, relicto Florentiae valido suorum praesidio, ductu Philippi Sangineti Catanzani Comitis Regnum pervenit.

Paulo post Imperator Romam appulit Castruccio tantum sui itineris Comite, qui illi cum equitibus mille & quingentis assistebat. Vbi in Laterano, Populi Romani plausu, & Stephano Columna adnitente; totius etiam Cleri voluntate coronatus est decimo kal. Februarii.

Ea tempestate duo Vrbis Praefecti, quos Vicarios adpellabant, Rempublicam administrabant, iique a Senatu Romano creabantur, & annuum Magistratum cum potestate summa habebant. Quorum quum alter abesset, Stephanus Columna, solus Magistratui praeerat, nonnumquam Nicolad

de

do Comitibus vicem suam demandans. Quibus Imperator fretus, coacto Praesulum, qui Romae aderant Concilio, Petrum Corbariensem, Rheatini Agri, Theologum in Pontificem legit. Qui quum uxorem haberet, Religionem erat ingressus. Huic Bavarius Patrum collegium dedit, & aliquot Praesules addidit, & Nicolaum V. adpellavit; qui Pontificem deposuit, & Imperatorem Romae coronavit.

Dum haec Romae a Bavario gerebantur, Philippus Sanginetus, quem Carolus Florentiae cum equitibus in praesidium reliquerat, fossis Pistorii gelu concretis, super inductis militibus moenia furto ascendit, & arcem occupavit, proditione machinata a (1) Iacobo Archio, & Iacobo Bandino Pistoriensibus, quamquam non sine magno suorum incomodo. Nam Americus Castruccii filius re intellecta ad primum tumultum cum suis occurrit, praeliumque cum iis iniit. Deinde multitudine superatus Lucam aufugit. Qua re audita Castruccius in Tusciam, relicto Romae Imperatore, properavit. Quae res conceptam Bavario expeditionem in Regnum Neapolitanum turbavit. Nam Imperator a tanto Duce,

(1) *Villanius* habet *per un Baldo Cecchi, e Iacopo di Messer Braccio Bandini Guelfi usciti di Pistoia.* *Cap. LIX. Lib. X.* Mecatt.

ce, in quo praelium fidebat, destitutus consilia immutavit.

Eodem anno Kal. Februarii Carolus Rex Franciae moritur sine filiis, uxore praegnante relicta, quae filium peperit. Et Ioannes (1), qui illi tutor fuerat, Regnum occupavit. Hic filium iam adultum Philippum habebat, qui postea sibi in eo Regno successit.

Castruccius postquam Pisas Vicecomes (2) pervenit, delectu ex Pisanis habito, Pistorium obsedit, moeniaque tamdem in hostium conspectu adorsus, Pisana iuventute maxime adnitente, tantis animi ardoribus ascendit, ut urbem primo momento coeperit (3). Imperator post Castruccii discessum in Tudertinum agrum, per Sabinos, Viterbium flexo itinere petivit, ubi Antipapa relicto, Pisas rediit, ut Florentinos bello insequeretur; quamquam Genuenses, Don Pe-

(1) *Villanius* habet, Philippus Valesius. *Mecatt.*

(2) Idest Galeatius Vicecomes, qui olim Mediolani dominium occupavit, quique sub Castruccio stipendia merebat. *Mecatt.*

(3) Aliter habet *Villanius*. Pistorium enim Castruccius obsidione, fameque cepit, non armorum vi; nam licet Florentini instructissimo exercitu ad opem obsessis ferendam accederent, non tamen eis urbem ingredi concessum fuit. Vide *Cap. LXXXVI. Villanii Lib. X.* Mecatt.

Petrusque Aragonius classem illi exornaverant, ut contra Robertum ducerent. Simul etiam quia, Pisanis suadentibus, magnam spem Florentiae capiundae subsceperat. Nec eum sua spes fefellisset, nisi Castruccius morbo correptus interiisset. Superfuere ex Castruccio filii duo, Americus, & Galeaccius, quibus Imperator omnium paternorum beneficiorum immemor ingratus fuit; quippe qui non potuerunt ab eo impetrare ut Pisanis, & Lucensibus praeficerentur, quas urbes post Castruccii mortem ipse subsceperant. Defecere tunc ab Imperatore ob stipendium non solutum plures Germani milites. Nec eum Castruccii equitatus, aut Galeatii Vicecomitis, qui & ipse Pisis (1) discesserat secutus est; sed Pisis se continuere, donec ab Azzio, & Marco Galeatii filiis stipendio accepto Imperatorem multo post cum ipsis ducibus sequuti sunt, qui Bavario magnam pecuniae quantitatem promisere, si eos Mediolanum cum potestate mitteret. Imperator quatuor centum Germanos cum Azzio mittens, (2) Marcum obsidis loco habuit, quem postea discedens Antipapae servandum mandavit. Pecunia deinde

(1) *Villanius* refert eum Pisciae e vivis decessisse. *Mecatt.*

(2) Idest Marcum Vicecomitem Azzii fratrem. *Mecatt.*

deinde ab Azzio subscepta, Germaniam, cum ea omnes quatuorcentum abierunt. Qua ex re Bavarius indignatus, omnium rerum egenus Mediolanum se contulit, Tarlatio Petramala Pisis in praesidium relicto. (1) Azzius ob recentem fratris iniuriam, tum etiam patris memoria permotus Imperatorem ab ingressu urbis prohibuit. Quae res, postquam a Germanis, quos in Etruria reliquerat comperta est, aegre prius Bavarii insolentiam ferentes, Marcum obsidem, sibi in Imperatorem deligunt, qui Castrucciorum favore fretus Lucae arcem, proinde urbis dominium occupavit.

Eodem tempore (2) Carolus Dux Calabriae in Regno Neapolitano decessit kal. Fe-

(1) In Annalibus habet *Bonincontrio, suadente*, qui post Castruccii mortem Azzium sequutus est, Imperatorem ab urbis ingressu prohibitum fuisse. *Mecatt.*

(2) Caroli Ducis Calabriae obitu Florentini in pristinam libertatem redicre; nam in eius dominium se dederant ob res male ab eis gestas, cum Castruccio, & Pisanis; & ut Bavari potentiae melius obsistere possent. In eius morte in Ecclesia Fratrum Minorum funebres pompae cum maxima solemnitate Florentiae sunt celebratae. Sepultus est Neapoli XIV. die Novembris in Ecclesia Sanctae Clarae cum maximo omnium moerore, & praecipue Roberti Regis, eo quod nullum masculum Filium Regni heredem reliquisset. Vide *Cap. CXI. laudati Villanii Lib. X.* Mecatt.

Februarii MCCCXXVIII. Quo anno Triremes a Roberto immissae agrum Pisanum depopulatae sunt. Quod Pisani non ferentes, eruptione facta, Baultium fugavere. Capti sunt mille quingenti pedites ex Baultii exercitu. Equites Pisani victores in urbem rediere. Post Bavarii discessum, Pistorienses eiecto Imperatoris praesidio, cum Florentinis se pacificarunt; & exulibus eorum restitutis, ab eorum malis edocti, pacifice, quieteque vixere. Pisani item ea victoria ovantes Tarlatum eorum praefectum urbe pellunt, & in libertatem se vendicavere. Datoque militibus Castruccii stipendio in Pistoriensem duxere, & Catinum primo, inde Vitolinum, prius a Florentinis occupatum, coeperunt. Per ea tempora Germani, quos Galeatius Lucae praesidio reliquerat Gerardino Spinulae Genua pulso, qui erat eorum Classis ductor, Lucam vendidere. Qua ex re inter Spinulam, & Florentinos bellum exarsit. Hic proprio sumptu, Castruccii olim equitatu conducto Florentinorum exercitum delevit. Hisque rebus Bavarius confusus, Italarum partium, morumque ignarus, in Germaniam rediit. Ceterum Pisani in ea rebellione, quam fecerant, Nicolaum adulterinum Pontificem coeperant, consilioque Bonifacii Comitis ad Pontificem Avenionem miserunt. Quem

ipse, nulla alia illi vi adhibita, in carcerem coniecit, ubi etiam mortuus est. Quo anno Pontifex Decimas per regnum Galliae collectas Philippo eorum Regi in stipendium ultramarinae expeditionis concessit.

Anno gratiae MCCCXXIX. Kal. Maii Philippus Franciae Rex pugnaturus cum Anglis auxilia a Roberto Rege expostulaverat. Qui in eius subsidium misit in Gallias Robertum Fratrem cum mille, & ducentis equitibus, & commisso cum Anglis praelio ex Philippi & Anglorum exercitu caesa sunt hominum millia quadraginta sex, pluresque Duces caesi, in quibus Robertus ipse, & Angli victores fuere.

Insequens annus Roberto Regi non laetior fuit; namque Beltramonus, & Ramundus Baultii, Galeasiusque Roberti Regis frater naturalis, qui Bononiensium praesidio missi fuerant ad res Pontificis tutandas a (1) Mutinensibus circumventi, fossarum angustiis occupatis, in quas inciderant, cum eorum exercitu capti sunt, & ab his male habiti, namque plerique in carcerem coniecti fuere. Insequenti die plus solito Eclypsis facta, tribusque horis sui lucidi fulgoris lumen mortalibus denegavit. Quo tempore Marchio Montisferrati

Cati

(1) In Annalibus habeta Miniatensibus. *Mecatt.*

Catinam vi captam Regi Ruberto ademit. Et Ioannes Dux Athenarum ex Brundusio solvens in Epyrum appulit; magnoque apparatu contra Andronicum moturus, a Graecis frustratus est. Nam rerum bellicarum ignarus, quum Graeci cum Turcis decertarent occasione sibi parata, oblatam victoriam poene partam amisit.

Aragonenses eo anno magno praelio a Genuensibus victi ingentem cladem accepere. Et Philippus Galliae Rex, Venetique, Graecis contra Turcas decertantibus, Pontifice suadente auxilia praestitere, quae Turcorum impetum represserunt.

Insequenti anno Ludovicus Rex Hungariae Caroli Martelli filius, & Andreas eius Frater Vestium appulere, Robertoque Regi, haud procul Nolam obviam facti sunt. Qui eorum aspectu commotus, flaevit, morsusque conscientia, quia Regnum Neapolitanum illis ademerat, dat, Ludovico uxorem Margaritam Filiam Caroli Ducis Calabriae quondam filii sui iam defuncti natu minorem, uti Bartholomaeus de Capua consuluerat; & Ioannam natu maiorem, quam etiam a Pontifice coronari fecit, Andreae, quem etiam Ducem Calabriae creavit. Quo anno Arni fluminis ita aquarum inundatio abundavit, ut

tres pontes Florentiae, & aedificia flumini finitima ruina proſtraverit.

Interea Ioannes Bohemiae Rex Henrici Lucemburgenſis filius ad Pontificem Legatos miſerat ſe offerens, quod Ludovici Bavarii cauſſam ſuam diceret, petentes illum Eccleſiae Conſiliarium. Quod ſi id non placeret alter Henricus ex Bavaria Imperator crearetur. Spreta eſt a Pontifice haec Ioannis Regis Legatio. Quae tamen Roberti Regis animum perturbavit, quippe qui nullum Imperatorem fieri volebat, nam etiam ipſe ceteris Italiae Poteſtatibus praeeſſe optabat; verebaturque, ne auctoritate Pontificis novus Imperator creatus, deſcenderet in Italiam. Tantum ei metum Bavarii nomen iniecerat.

Ioannes hoc Pontificis, reſponſo monitus ad res Italicas animum adiecit, accituſque a Brixianis praeſidium equitum illis immiſerat, Bergomumque occupaverat; & Spinolae cum Florentinis bellum gerenti duo millia equitum in ſubſidium contulerat. Quo tempore Florentini Lucam obſidentes iampridem amicam illis, & omnibus eorum bellis ſociam, ad extremam neceſſitatem deduxerant. Sed ii ab equitibus Regis fugati ſunt. Iique deinde, Spinola Duce, agrum Florentinum depopulantur. Iamque Ioannes Rex in Lombardiam de-

descenderat, Parmamque, & Regium, deinde Mutinam occupaverat; adnitente etiam (ut quidam annales habent) Legato Pontificis, qui paucis ante diebus amicitia cum Rege firmata, Bononienses cum Florentinis concordaverat. Quod iussu Pontificis factum pleriquè etiam adfirmant. Erant tum in Etruria animi moresque hominum immutati; ut qui Pontifici, & Bohemio gratificabantur, Roberto Regi, & Florentinis essent infensi, nec Gibellinorum studiis, aut Guelforum ad novos animi motus mentio ulla habebatur. In Lombardia vero nova Tyrannorum foedera inita erant, nam Mastinus Scaliger Veronae, Philippus Gonzaga Mantuae, Carrarii Paduae, Estenses Ferrariae foedus inter se percusserant contra Ecclesiam conspirantes; in quos tamen iampridem Pontifex anathema pronuntiarat. Quo tempore Iohannes Bohemiae Rex, iis auditis, relicto in Italia Carolo filio, in Germaniam maiores copias contracturus redierat.

Pistorienses ea tempestate Libertatis eorum obliti pleno se se dominio Florentinorum subiecere. Ceterum hoc Pontificis anathema vulgatum nonnullos Tyrannorum permovit. Namque Estenses Argentam Ecclesiae Ravennati restituerunt,

 cum

cum eius rei conſcientia, tum etiam Ferrarienſium precibus fatigati. Moxque iterum immutata voluntate auxilia Scaligeris immiſere, qui caſtrum Sancti Felicis agri Mutinenſis obſidebant. Id oppidum Manfredus cum Carpo prius & Caſtellis XX. Carolo commendaverat. Igitur Carolus cum Manfredo hoſtes adgreſſus aliquantiſper ancipiti marte pugnavit. Tamdem Heſtenſes in fugam verſi. Et Nicolaus Ramundi Marchionis Heſtenſis frater cum pleriſque nobilibus captus eſt.

Quibus rebus Legatus Pontificis deterritus, & Romandiolae Comes, exercitum Ravennae cogunt, & aliquot Duces ſibi faventes, in quibus Galeottus Maleteſta Ariminenſis, Franciſcus Ordelaffius Forolivienſis, Riccardus Faventinus, Naſtaſius Polentenſis Ravennas, qui omnes ſuperioribus annis contra Romanam Eccleſiam pugnaverant, & ſub Magiſtratu Capitanatuum ſuarum quiſque urbium Tyrannidem occupaverat. Ii omnes pari voluntate duobus ferme menſibus Ferrariam obſedere, & capto Sancti Antonii ſuburbio tamdiu Civitatem oppugnavere, quoad a Philippo Gonzaga Ferrarienſibus fuit ſubventum, & Maſtino Scaligero, Vbertino Patavino, & ex Heſtenſium quibuſdam adventantibus, Raimundus Marchio eruptione facta, quum hoſtes

ſtes venientes praeſidii motu tenerentur a Raimundo fugantur. Captus eſt Romandiolae Comes & Cubicularius Pontificis Simon, qui poſtea cum Nicolao Eſtenſi, & aliis pridem captis permutatus eſt. Manfredus vero Ordelaffius humane habitus a Malateſta, & ſuis remiſſus eſt, ut contra Bononienſes moveret.

Interea dum Ioannes Rex Legato ſubvenire properabat, revocavit Carolum eius filium, qui in Etruria erat; ut primum certior factus eſt Brixiam deficere: & Bergami rebellione a Maſtino machinata, conſilia ſubventionis obmiſerat.

Eo tempore omnis ferme Italia in armis erat. Nam Azzius Vicecomes Papiam vrbem ingreſſus, quum arcem expugnare niteretur, Ioannes Rex relicta parte exercitus cum Carolo filio apud Parmam, cum reliquis Papiam pervenit, & quum Azzi munitionibus foſſiſque impediretur in agrum Mediolanenſem verſus, quum ibi nihil proficeret, omnia depopulatus eſt; Parmamque cum ingenti praeda rediens, comperiit Americum Caſtrucciis fidum veterum amicorum ope fretum Lucam occupaſſe, arcemque oppugnaſſe. Properat eo Ioannes contendere; ſubvenit arci, receptaque, quum auctores rebellionis ſecutus eſſet, deploravit rerum Italarum ſtatum, & ob

tam repentinos hominum motus indoluit. Mulctatisque Lucensibus grandi pecunia in Germaniam redit, reliquum vitae tempus quieturus. Reliquit tamen Carolum eius filium in Mutinensium praesidio, & Regionensium, Parmamque Petro, & Marsilio fratribus Russis commendavit, reditu in Italiam cum maioribus copiis repromisso.

Annus MCCCXXXIV. non quietior in Italia fuit, namque Bononienses cum Florentinis ab Ecclesia Romana defecere; & (1) Legatus Pontificis ab iis & Estensium copiis expugnatur; arceque illis tradita Avenionem ad Pontificem se contulit. Quo anno Benedictus XII. Ioanni Pontifici successit in Pontificatu, qui sedit annis VII. Mortuus est Ioannes nonagesimo aetatis suae anno pridie nonas Decembris Avinione. Qui ingens auri pondus reliquit; ita ut quinque viginti sex millia millium ferantur. Quo nullus Pontificum antea ditior excesserat.

Ceterum Benedictus primis sui Pontificatus diebus anathema in Bavarium olim vulgatum, quum ille in proposito perse-

vera-

(1) Haec omnia, ut notat *Villanius*, adversa Legato acciderunt, eo quod Guelforum, aliorumque Ecclesiae amicorum partes reliquerit, & Ioannem Bohemiae Regem in patrocinium susceperit, eiusdemque se partis fecerit. *Mecatt.*

veraret, confirmavit. Ex quo Carolus Bohemus a patre in Lombardia relictus, asperius contra Ecclesiam bellum gerebat. Mastinus vero, augendo dominatum suum intentus, foedere de integro icto cum veteribus sociis, Parmam sibi oppugnandam assumpsit. Ceteras debellaturus, ita partitus est, ut Gonzaga Regium, Estensis Mutinam, & Florentini, quos in societatem receperant, Lucam inter se partirentur, adorirenturque suos hostes, uti diviserant. Igitur Mastinus, qui rem suam difficilioris esse conatus credebat, Germanos cum Bavario militare solitos, a Florentinis pecunia conductos partitur, & cum suis Parmae castra adegit.

Germani, qui priusquam a Mastino conducerentur, crediderant alia in re Mastinum eorum opera usurum, ut se Parmae adactos viderunt, ad Russos defecere, pollicitique sunt Russis Mastinum obtruncare. Ea re detecta, relicto eorum Duce Parmam ingressi sunt. Quorum fuga deterritus Mastinus, omissa Parmae obsidione, cum ceteris in Vicentinos duxit. His rebus cognitis Florentini, qui partem Germanorum conduxerant, veriti, ne ab illis & ipsi desererentur, Luca abstinuere.

Ioannes Bohemiae Rex certior factus a Filio de rerum motu in Italia facto, &

de

de bello a Florentinis contra Lucenses tentato, diffisus cura retinendae urbis Lucam Philippo Regi Franciae dono dedit (1). Hic edictum per omnem Galliam proposuit his qui in ea Florentinis negotiabantur, quorum magna erat multitudo, ut siquid contra Lucenses molirentur, in eorum perniciem facerent. Hoc edictum Florentini aspernentes, aliis de integro militibus Lucam adoriuntur, in qua Petrus ex familia Russorum oriundus praesidio erat. Philippus iis acceptis, negotiantes in omni Gallia Florentinos omnibus bonis expoliavit, & ipsos in carcerem coniecit. Qui postea magna

(1) Hoc ipsum lego in quodam Codice MS. Bibliothecae Riccardianae ignoti Scriptoris, qui historiam conscripsit ab hoc anno usque ad MCDLX. quamvis historia principio mutila sit. Sic enim ille. *E nel detto anno a dì 13. Ottobre essendo il Re Giovanni a Parigi, per favore dei Lucchesi donò ogni sua ragione di Lucca al Re Filippo di Valesa, il quale fece subito scrivere a Firenze per i Fiorentini ch' erano a Parigi per sua parte, che si levassino dall' offender più Lucca, perchè era sua. Ma per questo, non si lasciò la guerra. E il Re Ruberto ne scrisse con imbasciata al Re di Francia, come non era sua di ragione. Pel la qual cosa il detto Re non vi mandò gente.* Huius vero ignoti Scriptoris historiam magna ex parte publici Iuris facturi sumus, nempe ab Anno MCCCLX. ad annum MCCCCLX. volente Deo *Mecatt.*

gna se pecunia redemere. Mastinus interea a Gonzaga adiutus Parmam iterato obsedit. Quo tempore Nicolaus Estensis Beatricem Gonzagae filiam sibi copulavit, adiutusque a socero, & Rinaldi fratris equitatu, Mutinam coepit. Rinaldus vir animo excelso impigerque, quum in Marchionatu quietus vivere potuisset, quietis impatiens Argentam vi expugnavit, ponte subcenso, in quo plures ex suis periere.

Russi qui Parmae obsidebantur, quum frumenti inopia laborarent Mastino Parmam ita demum dedere, si Lucam a tertio eorum fratre obtineret, & a Florentinorum potentia liberaret. Quod postea sequutum est, Florentinis Luca, Mastini metu, abeuntibus. Quo item anno Philippus Gonzaga Regiensibus obsidentibus Regium occupavit. Non multo post Rinaldus Marchio, & Nicolaus Estensis interiere. Per quorum mortem Obiciius eorum frater natu maior in Marchionatu successit, & Vbertinus Carrariae, diffidentibus intra se Patavinis, Patavium occupavit.

Insequenti anno, Florentini quum Mastini crescentem potentiam vererentur, ut qui foedere non servato Lucam ab eis poene oppugnatam occuparat, nova consilia tentavere, & Venetos qui ea tempestate Trivisium tantum in continenti habebant

So-

Socios belli assumunt. Haec prima Florentinorum cum Venetis Societas facta perhibetur. Quorum exemplo allectus Gonzaga, & Mediolanensis Vicecomes, qui omnes eodem metu, quo Florentini, tenebantur, eorum Societati se adiunxere, foedere inter se icto. Ad quod etiam servandum adtraxere Marchionem Estensem, & Bononienses. Veneti tria millia Equitum exterarum gentium conscripsere, totidemque sagittarios illis Venetos addidere, cum quibus in agro Vicentino consedere. Praeficitur Venetorum copiis Petrus Russius, cuius antea Mastinus exitium machinaverat, & illum ad Pontremulum in Liguribus obsederat. Hoc duce sibi adscito, Paduam a Scaligero Mastini fratre male habitam, obsedere. Quo anno Iottus Pictor, qui eam artem poene deperditam primus Italorum restauravit, mortuus est; & Azzius Vicecomes paulo ante diem suum clauserat. Cuius patruus Luchinus Mediolani Tyrannidem occupavit, & Gonzaga in Veronenses moverat; diffidentibusque ita per Lombardiam Tyrannis Carolus Bohemus sua prius amissa recuperavit.

Mastinus in Vicecomitem (1) eruptione

(1) Idest in Luchinum Vicecomitem qui Foederatorum exercitus ductor erat, ut *Villanius* memorat,

ne facta, castra Russi invadit, pluresque ex suis coepit. Qua Victoria elatus, Marco fratri, cuius equitatus iam ad Venetos defecerat, opem laturus proficiscitur. Armatisque Vicentinorum copiis haud procul urbe ab inferiore murorum parte consedit, ut Petro Russo, cum quo paulo ante conflixerat commeatus interciperet. Marsilius in Mastini castra pervenit, moxque Venetias delatus interiit.

Quo tempore, Luchinus Vicecomes Brixiam obsidebat, Albertinusque Catrarius, icto cum Petro Russo foedere, illum in urbe receperat. Et Veneti (1) Albertum Scaligerum captum Venetias perduxere. His rebus in Lombardia prospere gestis, Russius Montem Silicem oppugnans capite a lapide ictus, Paduam delatus interiit.

Luchinus Brixia per deditionem accepta Bergomum castra adegit. Facta a civibus ea lege deditio ne quis eorum urbe pelleretur

rat, viso hoste in fugam se dedit non expectato pugnae discrimine. *Mecatt.*

(1) Nam Albertus Scaliger Mastini Frater Patavii pro ipso Mastino imperitabat, remque omnem insolentius administrabat, ita ut Patavini, & praecipue Familia eorum, qui a Carraria vocabantur, quique Patavii dominium Scaligeris dederant, ab ipso Mastino defecerint, & cum Russis aliisque foederatis se coniunxerint. *Mecatt.*

retur, neve praeter Imperatorem, alicui debitum tributum penderent. Quod & illis servatum est.

Anno MCCCXXXVII. Cometes per quatuor menses exortus apparuit. Nedum eo extincto, alter duobus mensibus fulsit. Quo tempore Veneti Vicentiam obsidebant, & metu Scaligeri permoti obsessis pacem petentibus ea lege dedere, si Carolo Bohemo, quae recuperaverat intacta relinquerentur, & Luchino Vicecomiti sua. Carrarius vero Paduam, Vicentiam, Veronam, Parmam, Lucamque retineret.

Hae factae leges Florentinis Lucam cupientibus molestae fuere (1); questique ex foedere non servato, quum nihil boni a Venetis impetrassent. Et quia illis adversari non poterant, quievere.

Pontifex per ea tempora misso Romam Legato, Populo Romano persuasit, ut Magistratus, quos creare Imperatoris nomine soliti erant, eosdem Ecclesiae no-

(1) Vide *Cap. LXXXIX. Lib. XI. Ioannis Villanii*, ubi Historicus hanc male servatam a Venetis Florentino Populo fidem diris increpat, & devovet, quum Florentini in hoc bello plusquam sexcenta aureorum millia pro Venetis effuderint, totamque rempublicam eorumque fortunas in magnum discrimen attulerint. Videsis idem *Cap.* Mccatt.

nomine gerere paterentur. Stephanus Columna Senator in quinquennium est confirmatus, collega sibi a Populo Romano dato, qui quot annis vacabat. Columnensis, quum Avenionem pergeret, gratias Pontifici acturus, Vrsum Anguillarium Collegam suum urbi reliquerat, qui tertio post Stephani anno, Franciscum Petrarcam Laurea in Capitolio ornavit

Per aliquot annos deinde Italicae quieti inservitum est, quam mox fortuna rerum humanarum invida perturbavit. Petiverant enim a Florentinis Romani quasdam eorum Magistratuum leges, quas ab ipsis impetravere. Et censu eo anno Florentiae habito, inventa sunt quae censeri potuerunt capita hominum nonaginta millia. Quo tempore Hispani centena Agarenorum millia coepere, & totidem ab iis coesa fuerunt.

Anno gratiae MCCCXXXXI. Ioannes Vicecomes a Pontifice Praesul creatus Mediolanensium dominium accepit nonnullarum terrarum, quas pridem Luchinus possidebat. Hic quoscumque viros sibi idoneos, & litterarum peritia praeditos, ubicumque esse audierat, magno stipendio conductos ad se attraxit, in quibus Bonincontrus proavus meus iuris interpretum peritissimus cum Ioanne Archiepiscopo omni vitae

tem-

tempore fuit, factusque omnium consiliorum particeps eius opera plurimum utebatur.

Ea tempestate Pontifex Vicarios plerisque Lombardiae terris constituerat; Mastinum Veronae; Guillelmum Gonzagam Mantuae, & Regii; Albertinum Carrariae; Paduae Obizzonem; Estensem Ferrariae, cui etiam addidit Mutinae, Argentaeve Vicariatum magna prius ab eo pecunia persoluta.

Eodem anno, alius Comes apparuit, & Franci ab Anglis iterum superati centum millia hominum amisere. Et Pontifex eo anno interiit, cui Clemens VI. suffectus est, qui sedit in Pontificatu annis XII. Hic Ioanni Archiepiscopatum, & Luchino Vicariatum confirmavit. Ceteris vero a Benedicto creatis abstinuit propter Bavarii adventum, qui iam Tridentum pervenerat, quem sciebat multis Ecclesiae terris pridem in Italia statuisse Vicarios, cuius etiam potentiam formidabat. Constitutos autem a Bavario Vicarios hos compertum habeo; Ioannem Vicedominum Urbis Romae Praefectum; Viterbiensibus Galeottum Malatestam; & fratres Ariminensibus, & Pisauriensibus; & Faniis in Piceno Antonium Feretranum; Urbinatibus Offium; & Galesio eius fra-

fratrem; Gallis Allegrettum Crivellum; Fabrianensibus Bulgarettum; Metellanis Ismiduccium; Sanseverinensibus Gentilem Veranum; Camertibus Michaelem; Montemillionibus Pangonum; Cingulis Nicolaum Boscaretum. Ex iis in Flaminia item Guidonem Poletensem Ravennatibus; Franciscum, & Sinibaldum ex Ordelaffiis Foroliviensibus, & Cesenatensibus; Ioannemque Manfredum Faventinis. Hoc Bavarii in Italiam adventu Gibellina factio, per omnem Etruriam animis elata, quum multa foeda, ac superba moliretur novandis rebus erat intenta. Quo tempore Bardi, & Frescobaldi Florentiae nobiles, quum insolenter se gererent urbe, cum eorum familia, & Clientibus eiecti ad Miniate oppidum primo, inde Pisas migravere; & Guido Corrigiensis a Philippo Gonzaga adiutus Parmae dominatum occupavit; qui paulo post ab Azzio eius fratre, Estense adnitente, inde pulsus est. Huic Estensi Scaliger socius factus, Mantuanis bellum indixit. Mastinus, amissa Parma, Lucam vendere Florentinis aut Pisanis studebat. Qui a Florentinis pretio superati Lucam amisere. Quingenta (1) aureorum

 mil-

(1) *Villanius* habet ducenta & quinquaginta aureorum millia; cui quidem tota fides habenda est.

Io-

millia a Florentinis pro Luca emenda promissa fuisse feruntur. Quod pretium quum cum ingens Mastino ad persolvendum videretur, obsides Florentinorum pignoris loco adsumptos Ferrariam misit. Ea re indignati cives Pisani, Lucae Castra adegerunt. Florentini a Mastino adiuti praesidium urbi, non obstante Pisano exercitu, intromisere. Pisani nichilominus obsidione confirmata castra munivere; quae Florentini aucti copiis invasere. Commisso inter utrosque praelio Pisani victores, & Florentini magna clade fugati fuerunt. Ii animis fracti, quum a spe Lucae potiundae cecidissent, ad Robertum Neapolitanorum Regem auxilia postulatum misere. A quo quum nihil subsidii offerretur Bavario se dedere. Is ea tempestate Tridenti erat, accitusque a Luchino Vicecomite; qui cum Archiepiscopo eius fratre discordabat, in Etruscos descendere differebat. Florentini iis necessitatibus circumventi, eo quod Lucenses obsidionem tolerare diutius non poterant, quingentis equitibus a Scaligero, & Bononiensibus acceptis, eis mille, & quingentos, quos ipsi pridem conscripserant, addidere; qui-

Ioannes enim Villanius una cum aliis Florentinis civibus, Ferrariae, obsidis loco fuit, donec Mastino haec ingens auri vis numeraretur; ut ipse refert *Cap. CXXIX. laudati Libri*. Mecatt.

quibus omnibus Malateſtam Ariminenſem praefecere, qui cognomento *Hungarus* dicebatur. Malateſta magno ſuorum peditum numero confiſus, Lucam per ſe contulit; & quum a Piſano exercitu pugnae ſignum non proponeretur, nec eos in certamen adlicere poſſet, commeatus inopia compulſus, in Piſanum deſcendit, exiſtimans Piſanos cura ſuarum rerum permotos obſidionem ſoluturos. Quae res uti cogitata a Malateſta, ita etiam ſequuta eſt. Sed Piſani nichilominus nonnulla caſtella haud a Luca diſtantia quum praeſidio reliquerunt equitum, peditumque. Qui adeo Lucenſes infeſtabant; ut illi haud facile diſcernerent plus ne incomodi ab his, quam ab integris Piſanorum caſtris acciperent. Ea tempeſtate Robertus Rex Gualterium, Athenarum Ducem appellatum, cum equitatu, Florentinorum praeſidio miſerat. Qui magno aſtu Florentini Populi gratiam aucupatus, quum Malateſtam, ut bellicae artis ignarum, ſaepius criminatus eſſet, tum operam ſuam pollicendo, ita rem Populo facilem perſuaſit, ut ipſe non ſolum exercitui, verum etiam urbi, relicto Malateſta, praeficeretur. Interea Florentinorum praeſidium, quod ab illis Lucae intromiſſum principio Piſanae obſidionis diximus, civium clamore permotum, qui fame laborabant,

ſuam ſalutem pacti, Lucam Piſanis tradidere.

Gualterius, quum Florentiae dominatum arripuiſſet, aulam Populi ingreſſus, quam ipſi *Palatium* vocant, Priores Artium, & ceteros Populi Magiſtratus eiecit. Ob eamque rem Florentinorum copiae ab eodem ex Piſano revocatae ſunt.

Poſt haec Volaterrani, Piſtorienſes, & Arretini nullis neceſſitatibus circumventi eidem ſe dedere. Et Miniatenſibus ea tempeſtate cum omnibus Etruſcis pax erat, neque ipſi inter ſe, civilibus odiis decertabant, & Gineſio Collegarlos, eorum oppido, eiecerant, ſeque Mangiadoribus iunxerant, qui facile oppidi Principes iampridem facti erant, Rodulphi de Ciccionibus, & filiorum morte. Quamquam Populus magiſtratus adminiſtrabat.

In Lombardia vero Azzius Corrigienſis Obizzoni Eſtenſi Parmam occupandam promiſerat. Quo tempore, Philippus Gonzaga in agro Regino invaſus a Marchione Eſtenſi, victor evaſerat, fugientemque Paduam uſque inſequitur. Obizzo Papiam tutari poſſe non fidens Luchino Vicecomiti tuendam conceſſit.

Florentini interea aegre Gualterii inſolentiam ferentes, quum ſoepius in illum conſpiraſſent, & coniurati proderentur

ultimoque essent affecti supplicio, tamdem ab Angelo de Acciaiuolis Urbis Episcopo in unum coacti arma sumpserunt. Gualterius cum suis in Palatium se receperat, cum quo timido ac de rebus suis diffidenti, pacti sunt, ut incolumis cum omni supellectili, & familia abiret. Ita Gualterius decimo suae Tyrannidis mense Florentia pulsus est, & in Regnum rediit. Cives, qui Gualterii eligendi caussa fuere, proditionis insimulati, sceleris poenas dedere. Sed ingrata plebs, quum libertatem nobilium, manu sumpsisset, edictum proposuit: *Ne quis nobilis ad Reipublicae administrationem eligeretur*; multaeque insuper eorum aedes, tum dirutae, tum etiam incensae fuere.

Anno Salutis MCCCXXXXII. XIV. kal. Februarii Regnum Neapolitanum Roberti Regis morte perturbatum est. Sepultus est in Divae Clarae templo Neapoli monumento marmoreo satis celebri, in quo sua, & Sanciae uxoris imago sculpta est. Verum Sancia, postquam ingressa religionem, ante virum interierat anno MCCCXXXV.

Ceterum Robertus multos dignitatibus insignivit. Diego Rattae Hispano Comitatum Casertae confirmavit; & Athanasio Marzano Comitatum Scalacii; Nicolao Iamvillae Comitatum Montis alti; Guil-

lelmo Ruffo Comitatum Ebolis; Philippo Sangineto Comitatum Mileti, qui maioribus postea dignitatibus auctus, clarum sui generis nomen posteris reliquit. Cuius familiam quidam ex Piceno allatam volunt, quod mihi non placet; Nam eos cum Roberto Guiscardo advectos esse in Regnum compertum habeo. Ioanni Corigliano Corigliani Comitatum; Nicolao Fanzella omnium ei amicissimo Comitatum Terrae novae, tradita illi in Matrimonium Margarita Roggerii Laurani filia, eius loci Comes; cuius etiam gratia in Lauriae Comitatu successit. Nicolao Papino Comitatum Minervini, Cassio Adimario Florentino viro nobili Comitatum Trillicii, Bernardo Aquinati Comitatum Laureti, Corrado Aquame Comitatum Sancti Valentini. Ii ferme omnes in Regno Neapolitano orti. Ceterum Riccardo Blosonio Comitatum Saterrani, Roberto Vicecomiti Comitatum Mirabelle, Petro Papino Comiti Comitatum Vici; Nicolao Lollo Ebulensi Firrenti Comitatum Bellenti, Philippo Aquinati Comitatum Belcari, Roberto Campano Comitatum Altevillae, multosque praeterea, quos magnis dignitatibus claros reliquit. Constat hoc Roberti celebre: Numquam illum gratiam alicui concessam retractasse.

Ea

Ea tempeſtate Chriſtiani in Turcos invėcti Smirnam occupavere, & ob eam rem ſoepius Cretae cum Turcis pugnatum Anno Salutis MCCCXXXXIIII. Adoardus Angliae Rex Philippum Galliae Regem ſuperavit. In quo praelio viginti hominum millia periere ex Philippi exercitu; decem millia Anglorum. Et ignitus vapor per coelum advolans mortales ad admirationem futuri incendii attraxit.

Poſt Roberti interitum Andraeas ſibi ex Carolo fratre Nepos, & Ioanna Caroli Roberti filia natu maior in Regno ipſius defuncti Regis teſtamento ſucceſſere. Ceterum Ioanna iampridem Pontificis iuſſu, Roberto adhuc vivo, Regni diadema ſubſceperat, & Andraeae eius viro quorumdam ſcelere idem honos prorogatus fuerat. Sed Ioanna ſecordem exoſa virum, quod ille ab ſuis maioribus abhorreret, & ob id inter ſe non convenirent, levibus odiis primum, inde gravioribus decertantes, virilis audaciae mulier, Viri nihil gratiarum tribui reſcripto, niſi propria ſua manu, (quod Reges tantum facere conſueverant) eſſet conſcriptum volebat.

Erat ea tempeſtate Neapoli Catharina Philippi Tarentini Roberti fratris iam defuncti uxor, quae mortuo viro Imperatricem Conſtantinopolitanam, & Achaiae

Principem ſe dicebat, cui exoſa Ioanna ob Andreae nuptias, quas uni ex ſuis filiis deſtinaverat (Ioannam enim ſororem, uni ex eis, animo fuerat matrimonio copulare) hortatur Ioannam ad viri ſui Andreae interitum; promittens ſi id faceret, Ludovicum filium, quem ex Philippo Tarenti Principe ſubſceperat, ipſi Ioannae ſobrinum, auctoritate Pontificis in matrimonium dare. Placuit id Ioannae, & opportunitatem deinde quaerebat, quamdiu nefarium facinus perficere poſſet. Ea tamdem inventa, clam captum, paucis adiuvantibus, Averſae laqueo nocte inconcubia ſuſpendit VI. Idus Septembris. Ita ille vir Regia ſtirpe ortus, nullo ſuo ſcelere pollutus, laqueo ſuſpenſus interiit.

Conata eſt Ioanna tantum facinus ob ignorationem purgare, & a Ludovico Epiſtolam in haec verba ſuſcepit (1) *Ioannae inordinata vita praecedens, retentio poteſtatis in Regno, neglecta vindicta, & excuſatio inſequens, necis viri tui probant te fuiſſe participem.*

Haec

(1) Ioanna enim Epiſtolam Ludovico Hungariae Regi Andraeae viri ſui fratri prius dederat, in qua ſe a morte illius purgabat, ut conſtantiſſima fama erat, eius participem fuiſſe. Cuius quidem Epiſtolae hanc reſponſionem accepit Ioanna a Ludovico Rege. *Meratt.*

Haec Pontifex, quum intelligeret, Beltrando Baultio Regni Siciliae Iustitiario imperat, ut a Ionna, Sanciaque Capena, Catherina (1), & ceteris mortis Andreae conſciis meritas poenas expoſcat. Quod & factum. Quarum rerum Ioanna certior facta, poſtquam Ludovicum (2) in virum acceperat, cum eo in Provinciam aufugere properabat.

Anno MCCCXLVIII. (3) Bavarius ab Electoribus, Pontifice ſuadente ab Imperio depoſitus eſt. Cui Carolus IV. in Imperio ſucceſſit, quod ipſe duobus, & viginti annis obtinuit. Is fuit Ioannis Regis Boemiae filius. Interea Ludovicus Andreae frater, qui Hungariae Rex erat, ut primum certior factus eſt de fratris nece, multorum etiã Regni Neapolitani precibus adhortationibuſque incitatus, cum quatuor mil-

(1) *Coſtus* in adnotationibus ad *Collenuccium* non Catharinam ſed Philippam vocat. *Mecatt.*

(2) Ludovicus qui Princeps Tarenti fuerat, quique ipſius Reginae Sobrinus erat, poſtea impetratione Pontificis die XX. Menſis Auguſti MCCCXXXXVII. cum Ioanna nupſit. Sic habet *Coſtus* ad *Collenuccii* adnot. *Mecatt.*

(3) In Annalibus habet anno MCCCCXXXXVI. quod quidem melius; & poſteriori anno, ideſt MCCCCXXXXVII. in Italiam deſcendit; & non Anno MCCCCXXXXVIII. ut inferius habetur.

millibus Equitum tantum in Italiam venit, & anno MCCCXXXXVIII. non. kal. Februarii Sulmontinos sibi resistentes perdomuit; deinde versus ad Aprutii civitates illas brevi suscepit.

Per ea tempora Romani relicto veteri Senatorum eligendorum more, qui sub Clemente III. coeperat, statum eorum Civitatis subverterunt. Erat enim quidam Romanus scriba in Capitolio (1) Nicolaus Laurentii filius, qui ingentibus animis motus ex bonis initiis malos eventus habuit. Pulsis enim Senatoribus, Capitolium per arma occupaverat, Libertatem, ut ipse iactitabat, Populo daturus. Qua ex re tantus ad illum Romanae plebis favor accesserat, ut solus Rempublicam gubernaret, atque in suis rescriptis, Edictisque quae proponebat, insequentem titulum acceperat *Nicolaus Servus, & Clemens Libertatis, Pacis Iustitiaeque Tribunus, ac Sacrae Romanae Reipublicae liberator illustris*. Qui titulus omnes finitimas urbes ad admirationem traxerat, miseruntque plerique ad eum Legatos sibi eorum operam pollicentes, quorum etiam aliqui foedus cum eo percussere, tantaque tum in Italia, tum extra, eius rei fama pervenerat, ut plerique Romanam Rempublicam reviviscere pos-
se

(1) Vulgo dicebatur *Cola di Renzo*. Mecatt.

se putaverint. Ceterum fortuna humanis rebus semper adversa, tanti viri animis invida, paulatim eius gratiam imminuerat. Nam quum populus Romanus in duas divideretur partes, dum Tribunum haec sibi gratificari studebat alteram sibi infestam reddidit. Quas dum ad concordiam reducere conaretur, nec id efficere posset, & quasi illos tanto Tribuno indignos iudicaret post septimum, quo caeperat imperare mensem, omnia prius expertus, quibus fieri posse verebatur, quo libertas servaretur, sponte sua, omnibus etiam amicis cognatisque sui consilii ignaris, mutata veste, per obscurum noctis Roma discendens in Bohemiam profectus est, ad Carolum Ioannis filium, qui multarum gentium linguas litterasque callebat, & in contumeliam Bavarii Clemens Pontifex fecerat ab Imperii Electoribus in Caesarem declarari. Qui quum vidisset Tribunum prius sibi fama notum, foedus a se, & amicitiam (uti existimant) petentem, in vinculis coniecit, Avinionemque missum dono Pontifici obtulit.

Sulmone, ut meminimus, a Ludovico recepto, transmissis a principio copiis omni Regno parvo labore potitus est. Ioanna enim cum Aloysio viro suo, seu mavis Adultero, in Provinciam aufugerat. (1) Inte-

(1) *Collenuc.* habet Guido Lemovicensis Card. Portuen.

terea Pontifex per Americum Legatum suum Regnum invaserat, Ioannamque, & Aloysium excomunicaverat. Quod hoc anno factum fuisse ex Legati litteris sic inchoantibus discerni potest. *Americus miseratione Divina Titulo S. Martini in Montibus Presbyter Cardinalis Apostolicae Sedis Legatus in Regno Siciliae, ac eiusdem Regni Vicarius seu Bailivus per sacram Romanam Ecclesiam constitutus*. Deinde illi (1) Coronam dedit, pacemque cum Hungariae Rege constituit. Ab Ioanna eius uxore Avenionem urbem, quam paterna haereditate possidebat in venditionem accepit, pretiique solutio permutata in pecunia census feudi debi-

(1) Idest Aloysio Tarenti Principi qui a Clemente VI. Pontifice Regis titulum impetravit, & sic in Epistolarum subscriptionibus se adpellabat. *Ludovicus, & Ioanna Dei gratia Rex & Regina Hierusalem, & Siciliae*. Quamquam vero pax inter Aloysium Tarenti Principem, & Ludovicum Hungariae Regem firmata non fuerit, nisi insequentibus annis, quum Hungarus Rex vindictae satur, ad sua tutanda revocatus, Italiam deserere constituit. Quare die XXVII. Maii MCCCLII. quamquam multo antea pax firmata esset, solemni Pentecostes die, coronatus est Neapoli in Regem Hierusalem & Siciliae Aloysius cum Ioanna uxore, totumque Regnum eis restitutum, ut videre est *Cap. VIII. Lib. III. Matthaei Villanii*; sicut etiam *Cap. XLI. Lib. II. & cap. LXV. eiusdem*. Mecatt

debiti, quod ipsa olim coronata pro Regno Neapolitano promiserat. Deinde Regnum susceperere. Quamquam Carolum tertium postea Vrbanus Pontifex coronavit. Ea tempestate Recuperus Miniatensis Iuris Pontificis, & Civilis peritissimus moritur.

FINIS.



ADmodum Reverendus Pater D. Octavius Rustici Ven. Congregationis Casinensis Philosophiae, & Sacrae Theologiae Professor, attente perlegat Librum hunc, cui titulus *Deliciae Eruditorum, seu veterum, &c.* & videat si quid contineat, quod bonis moribus, & Christianae Fidei adversetur, ac referat.

Dat. II. Kal. Decembr. 1739.

Iulius del Riccio Vic. Gen.

LIbrum, cui titulus *Deliciae Eruditorum, &c.* ut mihi est demandatum, attente perlegi. In eo quod Fidem, aut mores, laederet offendi nihil; plura vero utilia aeque, atque iucunda passim inveni: dignum itaque censeo, qui typis mandetur, in quorum fidem, &c.

Ex Abbatia Florentina die XV. Ianuar. 1740.

D. Octavius Rustici M. Casinensis in eadem Abbatia Philosoph. & S. Theolog. Lector.

Attenta supradicta relatione imprimatur.

Iulius del Riccio Vic. Gen.

Admodum Reverendus Pater Theologus Thomas Maria Griſelli Cenſor huius Sanctae Inquiſitionis videat, & referat.

Ex AEdibus S. Officii Floren. XX. Ianuar. 1740.

Fr. Franciſcus Antonius Benoffi Min. Conv. Vic. Gen. S. Off. Florentiae.

Iuſſu Reverendiſs. Patris Pauli Antonii Ambrogii Generalis Inquiſitoris attente perlegi Librum, qui inſcribitur *Deliciae Eruditorum*, *&c.* ipſumque dignum cenſeo, qui publica luce donetur.

Datum Florentiae in Collegio D. Marci Ordinis Praedicatorum IV. Idus Februar. 1740.

Fra Thomas M. Griſelli in ſuprad. Collegio Sac. Theol. Lector, & Cenſor pro S. Inquiſ.

Attenta ſupradicta relatione imprimatur.

Fr. Franciſcus Antonius Benoffi Min. Conv. Vic. Gen. S. Off. Florentiae.

Carolus Ginori pro Reg. Celſ. vidit.

